1768

14

15
15
15
15
15
15
15
15
15
15
15
15
15
15

ARENA AVLICA

Primus hui sudor est eludire calamu Stylo procul â Scholarum exedris re. moto Forensi et Curgo lingva loquen dum est gravitate amœno quodam florum et Sententiarum rore miti gata. Primus vero Forensis Styli in aulis Principum nous est qui in con. scribendis epistolis relucet. Proinde jam ad hoc dicendi genus accedamus.

Stylus Epistolarum Seculi hujus

Limatissimo hoc ingeniorum sæculo Stylus Epistolaris modico jam intervallo ab orationis ductu et Poësa dividitur ubi tanta sensuum ac Sententiarum decurritur copia, qualem vix suum â Ciceronе eligeretur Seculum, duo au. tem potissimum sunt quæ cultam Epis. tolam hoc Seculo sino quamuma ora tionem polonicam faciunt, Primo Po. lonicum idioma, quod sit cultum et â vulgari modo loquendi remotum, hoc est frequentibus Allegorijs et Metapho. ris sublimatum 2do Latinitas Po. lonico idiomate intermista. Nota

autem propter duplicem potissimum
finem sermoni Polonico idiomati
intergoni latinum. 1mo quia non
ita enervice aliqua exprimi possunt
in polonico pro ut in latino exprimun.
tur: Si illud polonicum vg Smierc,
Smierci prawo melius exprimit
dicendo latino acerba fati necessi.
tas 2do quia latina cum sint pe.
rita ex authoribus aliquid pondus
et ornamentum addunt, ea ipsa au.
thoritate sermoni Polonico, neg. vero
Podiernum est unum idiotmial.
ferri inseri inveniuntur enim an.
tiqua sapientiae monumenta in
quibus graecis latina variantur.
Cave tamen ne immoderato usu
latinitatis polonicam eloquentiam
satis cultam, nec Polycty ejus agen.
dem describibus confundas et ener.
ves, obsonij loco, et condimenti ve.
niat latinitas, non instar panis et
Polidi cibi jam ergo his praemissis ad
ipsam doctrinae praxim descen.
dimus. vide

EUROPA

in sua Regna Respublicas
Ducatus
Mores Gentium et nonnul
la suæ Telluris admiranda

DIVISA

Ac Eruditioñi Nobiliſsi
mæ Iuventutis E Tabulis
in paginam

TRANSLATA

ANNO
DN̄I 1701.

4

1768

Z BIBLIOTEKI
SEMINARIUM
SANDOMIERSKIEGO

PROŒMIVM

Europam hoc est nobilissimam totius orbis partem, ut cum Plinio loquar terrarum longe pulcherrimam, et victoris omnium gentium populi arbitrium e tabulis in paginam deduco non tamen hanc ad legis et rigorem Geographicæ describere animus erit Prælibabimus solum aliqua, quæ et diuturnæ polytico servitura sunt, et cervicibus aevi primam glaciem fractura. Qui volet liberaturi alveo doctâ curiositatis stim extinguere ipsum fontem adeat, nos hic illorum solum usibus serviemus, quibus non est datum adire Corynthum. Ut verò clarius procedamus dividemus Europam, in Europam in universali, ubi aliqua in communi de illa dicemus, et in Europa in particulari per alphabetum digesta agemus.

EUROPA

IN COMMVNI

Tota hæc orbis universi moles in quatuor partes dividitur Scilicet in Asiam, Africam, Americam et Europam,

Europa est ipsa pars orbis in qua habitamus omnium aliarum orbis partium minima. Longitudo illius continet

Longitudo et latitudo Europæ

nongenta milliaria germanica, hoc est parum longiora quam polonica

Lingva Europæ

Lingvæ quibus loquuntur Europæi, sunt tres potissimum, ex quibus aliæ lingvæ profluxerunt, 1mo lingva latina ex qua orta est italica, Gallica, Hispanica, Lusitanica 2do lingva Teutonica quæ se extendit in germaniam, Anglicam, Sveticam et Danicam, 3tio lingva Sclavonica seu Slovacka, quæ se extendit in Poloniam, Moschoviticam, Bohemicam, Sunt et aliæ lingvæ hi 2do non ita universales, qualis est Græca, Ungarica, Hibernica.

Monarchia et Reges Europæ.

In Europa est unus Supremus Princeps Ecclesiasticus, qui est Papa Romanæ Ecclesiæ Catholicæ caput vicarius Christi, Tres Imperatores seu Cæsares. Scilicet Imperator Sacri Romani imperij, qui datur titulus Augustissimi, qui nunc est Leopoldus primus 2do Imperator Turcarum, qui se nominat Sultanum 3tio Imperator Moschoviæ, qui ambit titulum Imperatoris

Rus.

Russiæ, et qui ordinariè appellatur
Magnus Dux Moschoviæ Septem Reges,
Rex Poloniæ cui titulus ab Innocen.
tio undecimo datus est Regis orthodoxi,
Rex Hispaniæ, cui datur titulus
Regis Catholicissimi, Rex Galliæ, qui Rex
Christianissimus appellatur. Rex Bri
tanniæ seu Angliæ, Rex Sueciæ, Daniæ,
Lusitaniæ, sunt et alij Reges, sed hi cum
sint in unam domum translati Regia.
rum non ponuntur, tales sunt in domo
Austriaca Hungariæ Bohemiæ, in
Angliâ Rex Hiberniæ, et Scotiæ ad Coro.
nam Britannicam pertinet, et cæteri mi
nores, uti in Hispania Rex Granatæ et
in Gallia Rex Navarræ.

Reges vero sunt Respublicæ 1ma Hollandiæ, seu Federatarum Provinci- Respub.
arum. 2da Helvetorum, 3tia Gri liæ.
sonum, hæ omnes sunt in Germania
tum Superiori quam inferiori 4ta
Veneta 5ta Genuensis. 6ta Lucen.
sis, quæ omnes sunt in Italia.

Europa unum habet Archiducatum, Archi
qui est Austriæ, tres magnos Duces ducatus
Sabaudiæ magnum Ducem Lithvaniæ
Moschoviæ. Hetruriæ Duces et ducatus notabiles.
conspicuores clariores sunt, Dux Russiæ ores

Dux Saxoniæ, Bavariæ, Lunebur-
gensis, Brunvicensis. in Germania
Sabaudiæ, Mantuæ, Parmæ, in Italiâ et
Marchiones ibidem plures, notabilis
est Marchio Brandeburgensis

Modus adeundi Thronum

Omnes in Europa Monarchiæ sunt
hereditariæ, et sanguinis successione
thronum occupantes, excepto Summo
Pontifice, qui à Cardinalibus eligitur
pluritate suffragiorum, Imperatore
Romano, qui ab Electoribus Sacri Ro-
mani Imperij et Rege Poloniæ, qui
à tota nobilitate in thronum vocat
Respublica quoq; Veneta qua Ducem
per vota nominat

Electores Romani Imperij octo hoc
Electo res S.R.I. Seculo numerantur. Tres sunt Archi-
episcopi tres, unus Moguntinus
Trevirensis. Tertius Coloniensis
qui Archicancellarij Romani Imperij
vocitantur. Quartus Electorum est
Rex Bohemiæ, qui archipincerna
Sacri Romani Imperij appellatur
Quintus Dux Bavariæ Comes Palatinus
Rheni, qui archidapifer Imperij
dicitur, Sextus Dux Saxoniæ Archi-
marescallus, Protosspartarius seu
ensifer Imperij nominatur Ultimus

Marchio Brandeburgus Archicamerarius Imperij. Successi ad hos Electores, octavus Dux Hannovergensis ab Imperatore presente in numerum Electorum relatus.

Gubernium, seu modus regendi populos. Modus hos in Europa est triplex. Primus appellatur Regimen Monarchicum, hoc est regimen unius quasi modo gubernat populos Rex Galliæ, Hispaniæ &c. 2dum regimen Aristocraticum, hoc est cum plures gubernant et regunt aliquod regnum, quasi modo Respublica Veneta per Senatores, Regem, Nobiles administratur. 3tium Regimen Democraticum, per quod etiam plebs ad regendum, et definiendum admittitur. Exemplum habes regiminis Monarchici in sole, qui unus præsidet toti orbi. Aristocratici in apibus habentibus suum Regem Democratici in formicis. ad regimen Aristocraticum pertinet imo Imperium Romanum curia negotia Imperium tangentia Regnum Anglicanum, ex aliqua parte regnum Poloniæ, Respublica Venetia. ad regimen Democraticum revocantur Respub: Hollandica, Helvetica. Reliqua vero regna uti sunt Hispaniæ, Galliæ, Lusitaniæ

ad regimen Monarchicum.
Hæc de Europa in Communi, jam ergo.

Europa in particulari

Per Europam in particulari intelligimus regna, Provincias, in Europa contentas vg. Regnum Hispaniæ Galliæ etc. de his ergo in particulari dicendum restat, quod ut ordinatius fiat, omnia regna et provincias hui contentas per alphabetum cogediemus.

ANGLIA

Anglia regnum Europæ ad meridiem in insula magnæ Britanniæ quæ est omni insula major in oceano. Hæc insula continet regnum Angliæ et Scotiæ. Jacobus primus, qui erat Scotiæ Jacobus Secundus filius Mariæ Stuartæ, Reg Angliæ factus regnum Scotiæ, et Irlandiam, seu quidem est Hiberniam univit regno regno angliæ sub titulo magnæ Britanniæ, cui successit Carolus primus suus qui à Cromlavio interemptus, qui se protectorem Reipublicæ declaraverat, sed ejus filius Rychardus Cromlovius Marchi nationis convictus damnatus, unde ad regnum

voca

vocatus est linea Caroli primi. Carolus 2dus qui impolitis decedendo reliquit regnum fratri suo Jacobo 2do, qui factus Catholicus, cum strenue rem Christianam Regno suo restituere conatur, a Wilhelmo tertio genero suo Regno expellitur. Primogenitus Regis Dux Vallie appellatur, qui Ducatus tredecim provincias continet. Anglia duas habet Academias Oxoniensem et Cantorigensem urbs caput regni Londinum, fluvius Tamesis navigatione omnium vulgo Thames celebris.

Administratio hujus regni fit per Regem et parlamentum, parlamentum vero, seu quod idem est Senatum, qui de rebus regni decernit constituunt duo, ut appellant illi camera Superior, et inferior. Superiorem conficiunt illi nobiles, qui appellantur pares regni, Duces Marchiones, Comites, vicecomites, Barones, Episcopi illi tantum, qui sunt simul aut pares regni, aut Barones, cui Camerae praest ipse Rex. Cameram inferiorem constituunt Barones, sita illos vocitant) equites, cives, propositiones ergo agitatae in camera inferiori hortantur ad superiorem, in qua v approbantur v rejiciuntur, nihil tamen etiam ibi definit, nisi approbante Rege.

Unde ultimo die Comitiorum quaeung

P

sunt

sunt statuta relegantur addendo
ad singula Rex hoc vult. Calendarium
Gregorij xiii in anglia non admissum
unde fiet ibi annus incipietur prima
Januarij. Annus tamen civilis et Ec-
clesiasticus non nisi 25 Martij cæpe-
ditur. Inter rara hujus regni portio
quod hujus tota insula careat, ratio-
nem aliqui ponunt Antipatiam alicui
regionis illius, cum natura luporum
aliqui quod homines venationi dediti
lupos ut pote inimicos feris omnes
interemerint, alij gignant assignato certo
pretio, quicunq. caput lupi ovidit,
sibi adtulisset? Angli a venustate
formositati Angeli inpationes et
rebellionem primi rerum successu
elati, unde non nemo de illis An-
glica gens est optima Rex pes-
sima ridens. Innovivijs lautissimi
hinc scribitur, quod Richardus
Comes frater Henrycj tertij in nup-
tijs suis triginta millia ferculorum
apposuit, Rex vero Edwardus 2dus
in solenni convivio, quod in
festis Christi natalis instruxit
26 boves, et tria centena agno-
rum insumpserit.

fides illis communis cum Calvinistis Quaqueris Anabaptistis, et cæteris, gens antea Catholica, sed deficiente à fide Henrico octavo ipsa quoq. defecit. Avulsionis hujus à fide Catholica Henrici hæc occasio Rex hũ antea defensor, fidei à Leone decimo appellatus ob librum contra Lutherum eidem Pontifici inscriptũ, sed quia repudiata uxore sua Catharina Arragonensi Annam Bolenia in matrimonium vocabat regante dispensationem, et solutionem legitimi matrimonij cum Catharina Clemente septimo, et quo illum excommunicante à fide catholica Rex defecit bona Spiritualia prædatur. se caput Ecclesiæ in regno suo declarat.

AUSTRIA

Austria unus in tota Europa Archiducatus. Fridericus quartus diutius pacificus imus Archiducis titulum usurpavit. Austria dividitur in Superiorem, in qua urbs caput Vienna quam fluvius Danubius alluit, et inferiorem in qua urbs caput Krembs ibi quoque lyceum nobile ad Danubium

ergo

emporium conspicitur. Domus potentissima objuncta sibi in matrimonium tot regna Europæ, unde aliquis de illa, bella gerunt fortes, tu felix austria nube nam quæ Marsalijs dat tibi regna Deus. Philippus primus dictus pulcher Rex Hispaniarum, et Archidux Austriæ junxerit sibi in conjugio Joannam Arragoniæ filiam Ferdinandi quinti, cum qua hæresissa accepit regnum Arragoniæ, Granatæ, Siciliæ, hinc magna in hac domo potentia regnum verò Bohemiæ in hanc domum devolutum hac via. Nam Matthias Augustus Imperator Archidux Austriæ Rex Bohemiæ decedendo Ferdinando Secundo regno Bohemiæ cesserat. Bohemi impatientes Regiminis Ferdinandi 2di qui simul Imperator erat, eligunt sibi Fridericum Comitem Electorem Palatinum hui victus subjugati Bohemi jus ad electionem Regis quod sibi prætendebant amisere, sic regnum in successione domui Austriacæ cepit. Regnum Hungariæ itidem cepit Austriacis. Cum enim Filia Ludovici magni in qm devolvebatur regnum, si enim Hungari eligebant Reges sicut

Pol.

ZGODOVINSKI ARHIV

Poloni e domo Jagellonum desponsaret sibi Sigismundum Imperatorem, qui non contenti gubernio Imperatoris, alij Principe Transylvania, alij Regem Neapolitano invitant. Hinc Imperator magna parte illos subjugavit, et huius; per successione tradit filijs, hinc erant initia cladis Hungaria anno 1526.

Divisio in Hispania, et Germania domy Austriaca inde orta. Philippus unus Rex Hispaniarum reliquit duos filios, Carolum primum, qui erat Carolus Quintus Imperator. Carolus quintus totum regnum Hispania acquirit totam Austriam, utpote suo geni, tus, hinc ad huius; tempora. Ferdinandum qui idem erat Imperator. Reges Hispania Neapolis Caroli. Reges Hispania, sed hic Carolus Imperator factus cessit domo Ferdinando totum Archiducatum in Germania qui postea Imperator factus ampliavit potestatem in Germania factus Rex Bohemia etc.

BAVARIA

Bavaria vicina ex una parte Bohemia Austria ex alia. Ducatus titulo clara

duc:

dividitur in Superiorem in qua urbes
clara, monachium, Ducum Sedes
Ingolitadium etc, et inferiorum vi
qua Augusti Tiberij seu Ratisbona
comitijs Imperij clara Patavium etc.
Dux Bavaria Comes Palatinus
Rebna factus à Cæsare Ferdinando
2do, qui Fridericum dictum constan.
dem hoc titulo Spoliavit ob ambitum
Regni Bohemia sibi jure Successionis
debitum e duobus Bavarem
primus hunc titulum gessit
Maximilianus, qui strenue in castris
Cæsaris decertavit, contra Fridericu
ambigentem coronam Bohemiæ

BOHEMIA

Bohemia montibus ac Sylvis undiq;
cincta caput regni habet Pragam quæ
trium urbes appellatur, quod triplici urbe
coalescat.
Vladislaus primus Bohemiæ Rex,
tandem devolutum regnum ad domu
Austriacam, quo facto vide Supra
in austria
Otho quartus Imperator inter
Electores Imperij admisit Regem
Bohemiæ, quem deinceps Carolus
quartus aurea Bulla confirmavit
Rex Bohemiæ erat antea simul
Dux Silesiæ Marchio Moraviæ

et

et Lusatiæ, sed Lusatia a Ferdinando
rdo fuit oppignorata Electori Saxoniæ
quem tenet hucusq; inter Electores
Imperij primus est loco, imo ipsam
Imperatricem in actibus Publicis ante-
cedit.

DANIA

Regnum Daniæ ab oriente alluit mare
Balticum, continet Norvetiam Rasniam,
duas insuper insulas. Islandiam, quæ
pro ultima Thule in multis habita.
Grolandiam, quæ ut ajunt jam non
reperitur situs.
Metropolis regni urbs Coppenhagen
est Sedes Regum.
Maximus Regis proventus est ex
tributo mercatorum transeuntium
per Stretum Maris Balthici Sund ap-
pellatum, quod clavis maris Balthici
appellatur. in hoc regno propter insula
Regnorum adde hominum deplebe ex
ostibus piscium marinorum struuntur.
Loco farinæ ex siccati pisces terun tur
ex quibus fit panis. Ibidem, albi cervi
nascuntur, atq; falcones, canes, quæ
ob insignem virtutem æstimabiles
Mons Ecclæ ignes evomens prout Ætna
in Sicilia Ibidem conspicitur.

HIBERNIA

Hibernia regnum hoc temporibus Jacobi 6ti Regis unitum regno Angliæ caput illius est Dublinium urbs Latis munita et vasta

Fillus inter sua Telluris admiranda numerat, quod nulla animalia venenata pariatur. Conspicitur quoq; ibi flumen, cui si immittatur lignum aliq; aliquot mensibus in illo corset, vertet in ferrum convertitur. Fides Catholica constanter ad nostra usq; tempora mirâ ob constantiam fidei vexata etiam nunc eadem multatur.

HUNGARIA

Hungaria vicinum Poloniæ Regnum dividitur in Superiorem, et inferiorem Hungariam, magnam et potiorem illius partem Turca occupat. reliquum Imperator Romanus qui anno 1687 filio suo Josepho Archiduci Austriæ cessit hoc regno

Titulus Regi Hungariæ datur Regis Apostolici. hi enim illum primis annis nominarunt Sanctificies ob zelum insignem in prop.

propagatione fidei catholicæ regnus hoc antea gaudebat privilegio libera electionis Regis, sed postquam devolutus est in domum Austriacam libertatem cum jure amisit.

Terra fertilissima et omnis me. talli fodinas habens, scilicet auri ar, genti, Stanni, Salis etc. obq. rara simul in se collecta Regnum hoc Paureum Eu. ropæ nomen appellatur.

Inter raritates hujus regni inveniunt fontes aliqui, qui æstate frigidissimi et glaciem foventes, hieme vero calidissimi, vinum prestantissimum et tota Europa celebre.

Unde quidam Principum ajebat, velle in Hungaria bibere, in Polonia comme dere, spectare in Italia, recreari in Gallia, quiescere in Germania

GALLIA

Gallia ad orientem habet Germaniæ et Italiam seu Sabaudiam et Bur gundiam, ac Lotaringiam, et Belgium, ad meridiem Hispaniam, oceanum ad occidentem. Rheno separatur à Germania, alpibus ab Italia Pyrenæis ab Hispania. Precipua illius provincia

ista

istæ numerantur. Normandia, in qua caput Rothomagum. Picardia in qua Ambianum, Campania in qua Rhemi. Burgundia in qua Divionum. Aquitania Delphinatus in quo Gratianopolis, Lemovices, in quibus Lemovicum, Vasconia in qua Burdegalum, Marsilia et flumina præcipua Ligeris, Sequana, Garumna, Rhodanus.

Antequam Regi Corona imponatur, primum an leges bonas dare velit an Ecclesiam defendere, tertium an privilegia Canonica observare velint, superq. tria facto Evangelio jurat. Omnibus Gallis Rex primogenitus Ecclesiæ appellatur; habetq. virtutem Strumas Hominum, quæ hic frequentes Sanandi agendo: Rex te tangit, Deus te Sanat, undè consuetum in Palatio Regio grandis aula, in qua Sanandi confluunt æternum nostris temporibus hæc virtus attenuata.

Rex inungitur in Solium oleo è ampulla cœlitus demissa quod hucusq. conservatur. Nulli in præsentia Regis, caput

ob:

obtegere liet, sunt tamen aliqui Duces qui habent leptorum, ut vocant, quod est caput tegere in presentia Regis peregrinum Legatum audientis, quam primum ipse caput texerit. Nulla Pontificis bulla hic promulgatur, nisi illam Rex subscribat.

Plurima sunt in Gallijs consilia inter qua, consilium conscientia quod pro beneficiorum distributione habet, omnia regni officia venalia sunt habentq; certum assignatum pretium exceptis Mareschallis, Cancellario alijsq; paucis. Precedentia Regis Gallie cum Hispano Rege huius, in contro verso abiciunt Galli isto quod ante Carolum 5tum, qui simul erat Imperator, Reges Gallie semper precederent Hispanos 2do quod anno 1558 cum Legatus Philippi 2di precedere vellet, Legatum Regis Gallie Venetijs Respublica Veneta prætulit Legatum Gallie, unde hoc facto nunquam comparet Legatus Regis Hispanie, ubi interfuerit Gallie, et econverso.

Pretensiones Regis Gallie hodierni ad Hispaniam ipse potissimum

assignantur. Nam Rex Gallie ad Regi-
nam Gallie Mariam Thesiam
filiam Philippi 4ti, Sororem vero
Caroli Secundi Regis Hispaniarum
Modierni. uxorem vero suam ex qua
suscepit Delphinum, jure hereditario
dicit pertinere. imo regnum Gallie
cum nullus sit vicinior non Bava-
rus, nam illi nuper filius mortuus
non Cesar nam itidem illi proles
ex Hispana habita decessit, dicit
insuper pertinere et Ducatum
Brabantie etc in Belgio, unde in
belgio annis preteritis recepta
aliquæ urbes et expugnata, negare,
nunciationem Regine in dictam
Successionem aliquid valere. imo
quia hæc fuit facta ob motum reve-
tentialem Patris sui Philippi 4ti
2do non impletam conditionem,
dotem enim Regine Gallie non
extraditam dicit 500 millia
nummorum aureorum, gemma-
rum et aliorum mundi muliebris
ornamentorum denegationem.
Contra respondent Hispani. hanc
renunciationem valere, quæ fuit
facta, et à Regina Gallie et à
Ludovico 14 previo juramento

approbata, in jure autem Canonico definitum est, quod renunciatio filio pravio juramento valere debet.

Caius est in Summis Rhetorum alpibus, in quem si lapides immittas, mox nebula, ac deinde grando exoritur. Unde pena capitis in eo sanita est, qui lapides injecerent.

Bibliotheca Regia per celeberrima in qua sola manu scripta Graeca Constantinopoli in Italiam, ex Italia in Gallias transportata 300 millib. Imp: estimata, in tanto hui magni tudine caules nascunt, ut unum folium amplitudinem pallij virilis excipiat. Carolus magnus habuit Gigantem, qui per fluvios etiam retinentes traxit equos cum curru ad hostes hasta fixos humeris hu meris suspendit, dicens: ego non sum, quam hasta transfixos cito, nescio quid coaxantes audivi. Regnante Ludovico 14 cudebantur nummi, qui faciem Herculis aquilam, et leonis Hispanum, cum hac inscriptione videndi sunt hae praeludia mundi.

Versalia villa est 4 milliaribus distans. Parijs. Sedes Regum Ludovico decimo 3tio regnante nihil extra

ord.

ordinarium proferens. Sed Ludo-
vicus 14 ita superba surrexit in
fabrica penicillo statuis pro[illegible]simus
vero admirabili equidem, ut nihil
par cospiciatur. Sola aquæ ductu-
um monstratio decem millibus
scutorum constat, Appellatur ali-
ter in latino Lupara v lupariæ
Galliæ antea dictum le Louvre
de hoc Palatio aliquis ita

Primum.

Nec tales Romæ vidit sibi Jupiter ædes
Nec talem coluit Roma superba Jovem
Attoniti tantæ molis novitate negotes
Mirari cessent Regia Solis erat.

Deum.

Pande fores augustis sublimis lupara
Terrarum Imperio dignior ulla domo
Quid valeat bello Lodoïca centum oggida
Monstrat quid valeat pace una domo

GERMANIA

Germania seu Teutonia titulo Im-
perij gaudens multas in se includit
Provincias. dividitur in Superiorem
et inferiorem. Ad Superiorem
pertinet imo Helvetia, quæ
constat 13 cantonibus ut apellant.

Ser

Seu quod idem est Palatinatibus.
quatuor sunt protestantium reli.
qui Catholici. Aliqui hii in hac Regi.
pertinent ad Regem Gallie, aliqua
ad Dominub: qua est libera pro capite
habet urbem Genevam
Secundo Alsatia antea domus Au.
striace nunc Regi Gallie paret.
ubi civitas Brisacum satis bene
munitum, argentoratum Suevia
in qua Augusta Vindelicorum vulgo
Aufspurg argenti opere insignis.
Bavaria vide jam notata Salis
burgensis Archiepiscopatus
Stiria in qua Gracium
Carinthia in qua Clangofurtum
urbs celebris.
Carniolia in qua Lubiana
Comitatus Tirolensis in quo Ani.
pontum vulgo Inspurg
Palatinatus Rheni in quo Childeberk
Amberga, itidem Palatinatus ejusdem
Francionia sive Francia orientalis
in qua Francofurtum ad menum
Burdegalum. Austria ut supra.
Moravia in qua Olomucium et
Glovia. Silesia, Vratislavia, Glatius
Lusatia.
Marchia Brandeburgensis in qua
Belgium francofurtum ad odram

Pomerania Lucanis in qua Stetinum
Ducatus Meclburgensis, in quo Lu,
beca
Halsadia que nunc Regi Dania
paret, in qua Amburgum ad albim
flumen.
Luneburgensis Ducatus in quo Lu,
neburgum Bremensis Archiepisco,
patus, in quo Brema Trisia Orien,
talis Vestvalia. Pluvia. Hassia
Veteraria Duchovia.
Langograviatus, Thurringia ea
Soralia Marchionatus Misnia
in quo Lysia Noviburgum Drezda
Ducatus Saxonia, in quo Maide,
burgum, Vitemberga Chala
Brunsvicensis Ducatus in quo Brun,
svicum hinc referunt nonnulli
Archiepiscopatum Moguntinum
Colonensem Trevirensem.
Imperator eligitur Franco,
furti Ad manum, ubi etiam coro,
natus Leopoldus annus, cum alias
coronaret Imperator Agmo grani
alij temporis coronabatur Imperat,
cur corona Lombardie. tum cum
Italia fuit pars imperij qua coro,
nabatur Mediolani, que corona
appellatur ferrea, quod habet
unam orbitam ea ferro. et ex hac

causa

causa Imperator Rex Italiæ appellabatur. Tertiam Coronam recipiebat Romæ ab ipso Pontifice, nunc vero solum approbatio Pontificis expectatur. Cæsar habet potestatem creandi Reges. Sic Henricus secundus Dux Hungariæ Regem fecit. Henricus quartus Vladislaum Regem Bohemiæ e Duce. Fridericus 2dus Regem Daniæ, Otto 3tius Regem Poloniæ, creat quoq; et Archiduces, Duces, Principes.

Rex Romanorum appellatur Successor Imperium, sicut modo Josephus 2dus, qua appellatio derivata est à Carolo magno, qui simul Imperator, simul Romæ Dominus. Archiepiscopus Moguntinus habuit antea jus coronandi Imperatorem, utpote Archiepiscopus et Archicancellarius Germaniæ, sed successu temporis cum Archiepiscopo Coloniensi convenere, ut ille habeat jus coronandi Imperatoris in cujus Diœcesi coronaret Imperator, quod si acciderit illum coronari extra Diœcesin, tunc Alternatum jus cum Coloniensi Moguntino habebit. Et licet Archiepiscopus Coloniensis coronaret Leopoldum 2dum Francofurti in

a

in Diœcesi Moguntini, et fuit consentiente Moguntino.

Germania Inferior quæ Belgiũ et Niderlunda appellatur. constat provinciis 17 Ducatus habet 4. Brabantiæ scilicet, in quo Antuerpia, Bruxella Lovanium Limpurgi in quo Limburgum. Luxemburgi in quo Luxemburgum. Geldriæ in quo ruræburida, Geldra et Comitatus Septem scilicet 1mo Flandræ seu Flandria, in quo Gandavum Tornacum, Cortracum Ducatum Negortius Dunkierka ostenda, 2do. Artesiæ in quo Atrebatum, 3tio Zelandiæ in quo portus recipiens mores ex Britannia et Francia 4to Hannoniæ in quo montes Hameracum 5to Namurci in quo Namur 6to Hollandiæ in quo Dorotacum, Amsterodamum, Rotherodamum Haga 7mo Gutthvaniæ in quo Zuthven, Lugdunum Batavorum Domina, quinq; scilicet primum Frisia oulden

4a

Italis, in quo Leobardum Ekat Fryly
Rovie 2do Mechlinia ubi Mechlinia
3tio Trajecti 4to Transisalania
quod est Transisalam flumen 5to
Groningi, in quo Groninga Mar-
chionatus S.R.I. unus Reliquet Antu,
exgia.

Belgium antea per Regulos Gu-
bernatur, deinde per Succesionem
devolutum, ad Carolum Burgundiæ
Ducem cognomendo audacem abavum
Caroli 5ti qui postea hebes factus.
Philippo 2do filio suo cum regno
Hispaniæ Belgium cessit. Hollandia
nulli jugi impatiens illius sub Philippo
2do excussit sibiq adjunxit Ducatum
Gelriæ Zelandiam ultrajectum Drovin
Frisiam. Transisalaniam Pro- aid fase
ningam, et nonnullas urbes, in rarie
Brabantia, et Flandria. multa appellant
præterea urbes nostro Sæculo in
Belgio Regi Hispaniarum à Rege
Gallia adempta.

In Germania Superiori fluvij
celebres Danubius, omni major.
Rhenus Amus Manus, Odra et
In inferiori Scaldis Academia
Hispanio ditionis sui Lobanium

et Ducum confoederatarum Provinciarum Lutunum Leopold9 Primus Imperator hodiernus, 2mo voto habuit Margaretham filiam Philippi 4ti Regis Hispaniæ ex qua suscepit filium Ferdinandum Venceslaum qui in cunis mortuus et filiam quam hucusq. vivere dicit. Secundo loco habuit Claudiam Felicitatem Archiducem de Inzpurg 3tio voto Annam Mariam de Neszpurg, et quo habet Josephus Regem Romanorum, et Hungariæ hodiernum, qui filiam Ducis de Brunsvic matrimonio sibi junxit.

HISPANIA

Hispania montibus Pirenæi separatur à Gallia mari mediterraneo ab Africa regnum Hispaniæ continet Castiliarum et Arragoniæ Regnum Castiliarum continet regnum Legionum, quod uno nomine Castilia appellatur, insuper Galleciam, Andaluziam. Granatam regnum Arragoniæ continet Carthaloniæ valentiam, Barcellonam cæpit

Ca

Catolonia, Casarum Gutta vulgo
Caragonia, Aragonia, Daugelona v.
Pompelopolis. Navarra Compostilla
Galleria Granata Granata Hispa.
lis Cordus caput Remadrilum Sug.
ri praeterea ditioni Hispaniæ Regnum
Neapolitanum Sicilia Ducatus Me.
diolanensis. Belgia Burgundia Com.
tatus insulæ, Canaria Philippona
magna pars inde orientalis insula Sar.
dania in Mediterraneo.

Nemo Monarcharum in Europa
tantum habet subditione sua sicut His.
panus sua sicut Hispanus. unde alicujus
regnum Hispaniæ ajebat, quod sol in
illius ditione nunqm occumberet.
ostendunt huiusq. Hispani literas à
Rege Persarum ad suum Regum data
cum hac inscriptione, a Roi a le Soleil
quoux chapan Regis primus gessit
Ferdinandus 5tus datum sibi ab A.
lexandro hoc captam Granatam
in Hispania fides nisi Catholica post
expulsionem judeorum et Mauro
rum praeter relictos nonnullos, quos illumi.
natos. Omnes Regis Hispaniæ
filij atq. filiæ infantes Hispaniam
appellantur, primo genitus vero habet
titulum Principis Austrianum qua

est

est Provincia Hispaniæ. Dignitantes in Hispania donantur à Rege non venduntur. Post grandes Hispaniæ sequuntur Gentilshommes de la Chambre. Sunt triplicis generis, primi qui sunt officij cubiculariorum, et actu serviunt 2di, qui ingrediuntur quidem cubiculum Regis sed non serviunt, 3tij qui neque assistunt, neque inserviunt. hique sunt omnium supremi, unusquisque vero horum cubiculariorum, gestat clavim à Palatio Regis ut illud ingrediatur quando placet. Gubernatores Provinciarum, et vice Reges, post triennium mutantur, quamvis nonnunquam longiori tempore protrahant. Gubernator vero Indiarum sex annis præest septimus vero annus illi additur, aditum et reditum. ordines militares in Hispania triplices. ordo S. Jacobi, orde de Calatabra, ordo de Alcanthara, omnes hi cum dispensatione Pontificis maritantur, quilibet ordinum habebat ante suum Magistrum sed post omnium ordinum unus est Magister factus. Celeberrimum hic monasterium 6to à Madrito lapide inscriptum est Curiale dictum, in quod extruendum viginti auri millionis expendit

sibi

Philippus 2dus viginti duos vero annos
temporis. ubi statuæ atq; picturæ ad..
mirabiles Sepulchra, item Caroli 5ti
et Philippi 2di ex lapide pretiosissimo.
de hoc Monasterio cum aliqui Lusitano-
rum Philippus diceret se in gravi
belli necessitate votum fecisse de hoc
monasterio extruendo. Lusitanus
certe qui tale fecit, modum habuit motu,
de eodem narratur, quod cum quidem
curiositate ductus loci illum videre
peregeret, Respondit ad annum illius
frontis spitij conspectum redibat, inter-
rogatus quare ultra non pergeret?
Pergat qui mori velit, enim enim si in
primo illius altitudinis conspectu ver-
tiginem patior, qui foret, si introascen-
derent.

ITALIA

Italia quæ et Hesperia appellatur
à Septentrione, et occidente per alpes
dividitur à Germania ab oriente medi-
terraneo, quod Adriaticum appellatur
à meridie mari inferiori, seu Hetru-
rico. Italia obtinuam pulchritudinem
hortus Europæ appellatur.

Plures in Italia Principatus et
Domini plures, Primus est Pontifex

cujus est Ducatus Ferrariensis, Ducatus Urbinatis, Ducatus Spoletensis, Bononia, Campania Romana, in qua Roma orbi Etensis ditio, Marchia, de Anthona, patrimonium Petri, in qua Viterbura, tenet pro rerea Pontifex Ducatum beneventanu in regno Neapolitano Avenionem in Gallijs Cardinales habet Legtua ginta, qui in tres divisi classes, Imo Cardinales Episcopi, qui numero 6. 2di Cardinales Presbiteri qui numero 50 Cardinales Diaconi numero 14. et

Secundus est Rex Hispaniæ cujus est Ducatus Mediolanensis, qui est Longobardiæ pars maxima et optima Regnum Neapolitanum, Regnum Siciliæ, quod insula est, et Insula Sardiniæ.

Tertius Veneta Respublica cujus est Cremonensis ditio. Verona Vicentia, Horologium Illorum Dux Dominus maris Adriatici appellatur In Consilijs Suis Suffragium non plus valet quam reliquorum omnes tales literæ publicæ et edicta sub solo Suis Nomine exeunt, ne ob ditescat, in vigilatur, ut Suos proventus expendat in officium

Suum

suum digne administrandum, quod si aliter fecerit heredes illius multentz

Quartus Magnus Dux Hetruriæ cujus est Resp: Florentina Senensis et Pisanensis. Quintus Dux Sabaudiæ, cujus est Dodomentum in quo Thuringia Caput, preterea Sabaudia.

Sextus Dux Mantuanus, cujus Mantuensis Ducatus Montisferrarensis, cujus est caput Casalium

Septimus Dux Parmensis cujus Parma. Octavus Dux Modenensis cujus Modena, Nonus Respublica Lucensis sub protectione Hispani Decimus Genuensis Resp: quæ etiam Liguria dicitz. Hinc mare illam altinens Ligustriam. Illis ad Insula Corsica, libera est et ditissima Respublica, sub protectione Hispani. Habes preterea in Italia etiam Austriacam domum Gorigiam et quasdam loca Alpina. Eidem subest Tirolensis Comitatus in quo Tridentum. His vicina Respub: Helvetensis, ubi Geneva et Grisones. Fluvij Italiæ, Padus, qui et Eridanus. Montes Alpesini Coronatus ajebat. Itali videntur Sapientes et sunt. Hispani videntz et non sunt.

Galli non vident et sunt. Alius vero, Itali eleganter, Hispani prudenter. Galli subtiliter loquunt et scribunt

Lusitania seu Portugalia

Lusitania minimum in Europa regnum ita cunctas Gallias longitudinis habet. urbes primo sunt Lisbona, 2 Ulisippona Ebora, Colimbrica, Braciara, Bragaza. In India vero Orientali habent Goam Armusiam Malteam Mo. lucas. Lusitania 1mo Reges habuit proprios, sed post mortem Joannis 3tij et Sebastiani Philippus 2dus Hispaniarum Rex jus sibi pretendendo ratione ac finidatis. armis illam subjugavit, sed illi impatientes jugi Hispanici sub Philippo 4to Patre hodierni Caroli 2di illud excusserunt. Regem sibi Ducem de Bragame quem Joannem 4tum nominarunt elegerunt post hoc Alphonsus 6tus hodie vero Petrus 2dus successit, cui nuper uxor è domo Neoburgica fatis cessit.

MOSCHOVIA

Moschovia ultima Europæ Regio Asiæ attingens, quæ ex Russia alba appellatur Metropolis Moschua, unum et quinquaginta millia domorum continet, nono die Septembris anni ibi inchoatur ordinarii, de nocte omnia consilia absolvuntur, ibi Lepores albi nascuntur. versus orientem Moschovia claudetur fluvio Obyos, qui Nahaicos Tartaros praeterlabitur. versus meridiem Sylvatica Arimea, et Perecopani. Versus occidentem Lithuania Livonia ac Svecia. Borysthenes Russiam et Lithuaniam dividit, et in Portum Euxinum se precipitat.

PANNONIA

Pannonia sæpe sumitur pro Hungaria nam magnam illius partem occupat. Pannonia enim sumebatur ante pro toto id quod complectitur Styriam Carinthiam Carniolam majorem partem Austriæ, in qua Belgiardum caput est. Slavoniam Bosniam Vindeos Marchiam partemq. Serviæ, quæ omnia ab Hungaris occupata modo Turcæ parent. vicina his omnibus est Bulgaria

Quæ omnia sæpe confundunt pro
Illiria, Sclavonia Dalmatia. His vi-
cina est Albania ad mare Adriati-
cum posita, quæ est sub Turca Vici-
na his est Resp: Ragusorum quæ
annis singulis Turcæ tributi pendit
20 millia Scutorum Aureor. his.

Thracia vulgo Romania Septem-
trione habet vulgariam portum
auxinum Propontidem et caput
illius est Constantinopolis seu Brizan-
tium vulgo Stambut, quem vocabulum
habet sicut et Roma imperat mari
albo et nigro portumq; habet clarif-
simum inter reliquas urbes cor-
tinet Adrianopolim in qua num
residet Imperator, quam alluit He-
brus Thenus quoq; fluvius celeber-
rimus.
In Europa Turcæ hæc dominia pa-
rent, Græcia Thracia, Bosnia, Servia
vulgaria Croatia, Dalmatia magna
pars Hungariæ Transilvania
Valachia Moldavia Tartaria.
Peroræpensis Ragusorum Resp:
quæ illi tributaria.

Græci nomine veteri Peloponnesus seu Morea quasi Peninsula
inter maria Pageum et Ionium
Epirus, quæ hinc Canina Macedo-
nia ubi Thessalia et Candia seu

Cre

Creta montes Graeciae nobilissimi Acroceraunia Pindus, Helicon Parnassus Pelion ossa etc.

POLONIA

De nullo hic minus loqui licet quam de Polonia supervacaneum enim judico de illa multis agere, in pagina in qua cum vivamus continuo versantur in oculis, quae scribi et dici possint illa proinde curiositati domesticae uniuscujusque relinquo. unum hic utilissimum judicaverim, ut Ducum ac Regum omnium Poloniae usque ad hodiernum regnantem brevissime gesta attingam quod servire poterit multum ad totam historiam Polonicam in compendium revocandam, quae ex selectissimis Historiis petita sunt. jam ergo à primo inchoamus

LECHUS

Primus regni hujus Auctor, et parens ex Schlavonia oriundus diu cum finitimis Germaniae populis bello conflixit de finibus Hungariae contra Mauritium Imperatorem, socialibus armis strenuè defendit spectante utroque exercitu tam Germanico, quam Polonico, ad singulare

certamen provocatus, interempto feliciter Germanorum Rege fines Imperij sui promovit usq: ad littg Balthicum Longobardos, ex Svecia mari Balthico effusos in Poloniā ferro ad Hungariæ fines ejecit, atq: inde in Italiam repulit cum Duce Albino. Bremam deinde Gnesnam primam Regni sui sedem erexit, nullis legum tabulis usg aut moneta, nisi v aliena v rerū commutatione, oblatis ultro sub ditorum suorum frugibus aleba tum. Senio tandem bellisq fractus propagato adultoq Regno Gnesnæ mortalis esse desijt. quos filios reliquerit Lechus? et quamdiu regnaverit infans Regni nascentis fama adhuc nescia loqui retinuit

VISIMIRUS LECHI NEPOS

Visimiriam et Gedanum urbes ex humilibus piscatorum casis ad Promontorium Prussiæ provexit erexitq. Terra mariq: Dundanis confligit et Suecis Fusso exercitu Sivardum Regem Danis in fugam egit, Jarmerico ejus filio inter victoria spolia capto.

Palatini xii Leissa in partes Gubernantium Reipub: Germani ereptas à Lecho Provincias vindicarunt nomine resistente, inde Palatini in Gnesnensibus Comitijs à Gubernatione Reip: dejecti fasces et fastum amisêre.

CRACVS LECHI NEPOS

Post longam in Gnesnensibus comitijs deliberationem una omnibus Lenteria adito Principatu novis Legibus firmavit Rempub: Iranos Orientales per Pannoniam in Polonię fines ej: Iavos profligavit, et depulit: Romanos, Germanosq; repetitis proeliis vicit, Bohemiæ regnum ultro Le Caci Imperio submisit. Cracoviam erexit, Vistulæ vado monti imposuit, et eo Sedem Regum Gnesna transtulit. Iravonem portentosæ magnitudinis sub arce latitantem peremit. In Lassotino demum jugo est, nimirum quem sui cives celo inferre non poterant integro monte utcunq; fideribus adjuverunt.

LECHVS II CRACI FILIVS

Ut patri ad regnum Poloniarum succederet, fratrem natu majorem Spytiè venationis peremit. Celere detecto paucis ab electione diebus pulsus in exilium, pastus indignus eam stellurem colere quæ fraterno sangvine imbuerat.

VENDA CRACI FILIA

Ritigerum exsormaniæ Principem repudiato illius connubio sibi pratio prosternit. in Vistulam fronte de, lapsa. Virginitatem suam devovet ignoto Deo in alto monte, tumulat prope villam à suis manibus Mogita dictam Ritigerus vero vi amoris sub. actus dolori succubuit infelix, cui nec amores bene cesserunt nec odia

PREMISLAVS I. SEV LESCO PRIMVS.

Moravos prædam in confinijs regni agentes ingentibus strata gemmata fudit fugavitq. Premislaum urbem à suo nomine appellatam erexit Ex auri fodinis Princeps vero aureus.

LE. SCO FRAV. DVLENTVS.

Grande occupati Principatus de. deita regno et vita pulsus, docuit parū valere Scelera ad imperium reti: nendum

LE. SCO 2dus.

Cum Caroli magni exercitu ex Hungaria in Saxoniam eunte inter albim et Solam fortiter dimicavit finitimos populos originis sue insultantes ferro, Domuit divisis illegitimos inter filios Provinciis regni amplitudo immunita in Saxonia, quos imperio quoq; tenebat, Sepultus vitu antiquo longius regno abductus memorions contristaret. quos toto vita sue cursu recreabat.

POPIELVS PRIM9.

Nulla gessit bella exactis aliquot annis in Principatu Cracovia obijt, arem in Cracovia ad locum Popio erexit Sedem regni Cracovia Gnesnam, deinde Cracoviam transtulit in mecando frequenter sed suorum muribo

demovebat Respondit tamen malo usurpato voto eventus destinatas â Superis penam, ad Posteros ejus differendo, Nimirum sape latent posteri qd majores ingrediantur

POPIELVS 2dus POPIELI PRIMI FILIVS

Magistratus venales habuit, erudelis et lascivus Patruus veneno extinxit, ne regno succederent circa annum 123 Prussiam obÿt, peremptus â muribus, qui ex cadaveribus patruorum prognati aream regiam invaserunt, et de tota stirpe tanti facinoris penas exegere dicuntur. Rum posteris quam rerum interest Supremam inter fortunam Principium et externam sepe vili ab ictu prosternunt.

PIASTVS CIVIS CRVSVICIENSIS

Magnarum virtutum Princeps Troni Socium repicham habuit

condítione originis parem et moribus Centuriatis Brusvicia regni comitijs electus in Principem 50 annorum aevo praxis nullos hostes habuit, praeter filios Leschonis 3tij caelesti ope auctus dapes Electoribus suis agnoscit. Regiam Crusvicia Gnesnam transtulit, ibi diem supremū clausit anno aetatis 120 Princeps quem autem nungm praestabat eligi, aut nunquam mori post 50 annorum Imperium integerrime administratur.

ZEMOVITVS PIASTI FILIVS

Ad Martem et bella natus Princeps somni parcissimus cultu corporis victuq parcus militum alieni abstinens liberalis, et justus Moravis Prussis, Hungaris, Germanis Pomeranijs et Cassubijs scilicet conflixit. Silesiā temporibus Papieli utriusq ereptam Poloniae restituit, sicut et Prussiam Pomeraniā et Cassubiam, Gnesnae obijt anno aetatis 72 hoc uno excessu de Poloniae regno male meritus quod diutius non regnasset.

LESCO 4tus ZEMOVITI FILIUS

Initia sui Principatus odijs exaspe-
rata nactus regia liberalitate hostium
conatus eludebat oleæ quam palmæ
studiosior. raræ in Subditos benevo-
lentiæ Princeps cum diu non posset
bene vixit et objit Duo tamen in
regno difficillima Sociari, prodesse
Reip: et placere.

ZEMOVITI LESCONIUS 4ti FILIUS.

Patri suo q̃m avo similior semper exstitit,
lassata nimirum Zemoviti prælijs bellona,
etiam sub Nepotis Imperio respiravit.
tamen in tanta regni tranquillitate
nihil posterorum memoriâ dignum
egerat Zemovitus Medysplaum
filium reliquisset. Gnesnæ ritu pa-
trio tumulatus.

MIECISLAUS Im. CHRISTIANUS PRINCEPS.

Sacro fonte ablutus, et itidem
orthodoxam recepit, et oculos, quos per

Septennium natura caluserat. inter
Hymenei thedas Deos ipsos, aras q;
gentiles verò lumini immolavit. Religi:
onem Romanam per omnes Regni pro:
vincias propagavit Archi episcopatu
Gnesnensem et Cracoviensem complu:
resq; alios Episcopatus erexit. Premis,
liam, aliaq; oppida Wlodomiro Ruthenor
dure populante impressere bellam egit
Sed felicius cum Bohemis proceribus
compessus Boleslaum Dumbrovica Fri
filium in Caternum regnum asserturq;
Pragam enim cepit, et in ea totam Bo:
hemiam restituit. Subtam religioso
Principe nos erat Polonis aquissimq;
Nanto medio temus gladio sacri evan
gelij audire certiorem. Regnavit annos
36 obijt anno 999 non impetrato
à Pontifice Diademate Regio pro quo
Lambertk Cracoviam Episcopum legatu
miserat

BOLESLAVS CRO
BI MIECISLAI FILIUS
MUS Rex Poloniæ.

Coronam Regiam nec non divi Mauritij
hastam clavo Salvatoris donavit ei
ab Othone 3tio, cum hospes in Polonia
sacra divi Martyris Adalberti.

Lyp.

Lipsana veneraturus advenisse per Biennium quievit ab armis ut religionem stabiliret. Saxoniam Bohemiam, Moraviam, Russiam victorijs peragravit et tripudium annuum imposuit. Prussos vero Regiam crudelitatem saepius ducentes, armis exuit, arcubusq ipso Borysthenes columnas æreas defixit moritq anno 1025 conditq Posnaniæ.

MIECISLAUS 2dus BOLESLAI CROBRI FILI9

Iustis parentalibus optimo patri persolutis Posnaniæ coronatur cum Rixa uxore quam illi vivente Patre Ottho Imperator hospes desponderat, cum Prussis Moravis, Bohemis, Pomeranis vario Marte Colluctatus, sed tandem feliciter fregit domuitq perinde atq Iaroslaum Ducem Russorum Anno demum ætatis suæ 44 Regni 9 Posnaniæ tumulatur

CASIMIRUS 1mus MIECISLAI 2di FILIUS.

Polonia fatali interregno per remotum insolito convulsa repetit ex

Plumiarensi Monasterio Casimirum
jam Diaconum. Hic adornato primum
in Mazoviam bello Prussorum Sudrenos
impetu validas fundit hostes fugatq.
ipsum veri belli autorem Mastaui
in Cruem agit. Benedictinos Plumā-
censes advocat Tyneciam aream illis
cum centum mansis tradit et novam Co-
loniam. Similiter Lubinense oppidum
ad monasterium dargit. Religiosissimi
Principis mortem ingens cometa Scribi
recessisse quasi viam ad astra monstra-
turus.

BOLESLAUS 2dus COGnomento Audax Casimiri filius.

Decimum octavum ætatis annum non-
dum egressus regnum et Diadema pa-
ternum obtinet. Bohemicis, Silesiis,
Hungaricis, Russicis toties palmis in-
signis, felicior tamen erat si triumpha-
lem illum gladium, quo tot hostes vicerat
et auream Kioviæ portam fecerat, à rene
divi Stanislai continuisset, neq; tot victo-
rias memoriarum innocentissimi sangui-
ne delevisset, quaquam regno et obedien-
tiâ exultis rem miraculo majorem
præstitit, postquam in Carinthia
a cæteris deflexit sanctissime eadem
solum daturus Principibus.

VLADISLAVS HEMANUS BOLES LAI FRATER.

Cracoviæ electus à coronatione abstinuit, Poloniam interdicto liberat pontificio. Prussicum, Pomeranicum ac Bohemicum bellum fortissimè gerit; victore ubiq; Siecieho exercituum pgr Poloniæ Duce generatissimo. Rebellis animum Zbigneï deinde supplicis maluit lachrymas spectare qm sanguinem. Tandem annis 20 rerum potitus ætatis 59 Plocæ tumulatur gloriosius Imperatur, nisi impotentis Siecieki, nutib9 nimio Lo permisisset.

BOLESLAUS CRI VOUSTUS, VLADIS LAI FILIUS

Patris imaginem à corde magis qm à collo ferebat quotidiè Lovicam sapius qm purpuram induit. Henricum 4tum Romanorum Imperatorum numerosissimo eduit exercitu. Zbignoi Jris Spurÿ fratribus provocatus Bohemicam Pomeraniamq; perfidiam egregiè ultus. Zelislaum Ducem ob amissam in bello manum antea, dextera alium ex aule transfuga

leporina pelle muneratus Germanicus,
Danicus, Prussicus. Triumphator. Quadra,
gies septies victor Russorum demum
et Hungarorum fraudibus circumventus,
post cruentam hostilis suiq. exercitus caede
36 annis in regno exactis aevi sui
53bus juxta Patrem Plocie conditus
docuit raram esse fortunam, sine in:
fortuniy appendice

VLADISLAUS 2dus CHRIVOUSTI FILIUS

Praelio fratres aggressus ac Posnaniam
superatur Regnoq. cadat frustra Conrado
ac Friderico Imperatoribus Romanis
Restitutionem soly Vladislao spondentib,
Nimirum hoc est impotentis ambitionis
fatum appetendo aliena sua plerumq.
amittere

BOLESLAUS CRISPUS FILIUS CRIVOUSTI

Plura bella composuit quam egit Russiae
Pomeraniaeq. Romanam fidem persvasit
armis ad instantiam Friderici Bar:
bosae Imperatoris Romanorum 1163 con:
cedit pro alimentis Silesiam Vladislao
fratri qui ex regno cum Cristina
in Germaniam profugerat. Boslesta
Castellanus Bilsensis Gnesnae a rege
judicatus, et Rogo additus, quod
Vernerum Episcopum Plocensem per
sicarios peremisset. Bohemi et Germani

rejecti à finibus Poloniæ, tot tantisq
auitus meritis Boleslaus post in=
faustum cum Prutheni bellum et
diram per omnes provincias famem
gravi morbo sauciatus Anno 1173 ætatis
46 in Arce Cracoviensi, relicto Lesco,
ne albo terræ mandatus

MIECISLAUS SE.
NEX FRATER BO
LESLAI CRISPI

Astucie et fraudulenter dominat
ingenium ñ indignum majestate
purpura efferravit nihil subeo
liberum in Polonia ne vocē quidem.
Avaritiæ supra modum dēditus nolui
divitibus imperare, optimis infensq
consiliarijs salutaria Episcopi Cra=
coviensis. Pedeonis spernebat monita
neq. frustra illo regnante ingenti
terræ motu contremuit Polonia, quasi
jugum mali Principis excussura.
Respondit brevis sollicitis vocis
eventus post 4 annos præcipitato
clandestinis Senatorum artibq è
solio dejectus, reliquit posteris do
cumentu Raro esset diuturna im=
morborum impunitas.

CASIMIRUS IUST9

Impacto à collusore Equite collapso
dum omnes Læsæ Majestatis reum

clamarent Casimirus se reum dixit, et quidem absolvit. effrenem magistratum licentiam suis imprimis moribus deinde legibus coarctavit. Semel severus ne semper esse cogeret Vladislaum 4tum fratrem et Pomeranorum hostem, rebelles subditos in armis jam benevolentia vicit. Micislao Halicziensium Duci titulum Ducatum vi et armis restituit. Pruscie Pomeranioy toties donavit veniam, toties Russiam ad obsequium coegit victore ferro, quantum non à civibus modo suis sed à Sugeris quoq; estimaret. Divus Hyacinthus martyr porrecta Sarkophagi manu palam fecit stimulata plene dextra sub Casimiri signis militaturus fratre Micislao, Hungaris et Prutenis compositis in festivo convivio subita morte extinguitur non renuente potius exire animo quem secura certo exspectabat immortalitas. Cracovie conditus anno 1195

LESCO ALBUS CASIMIRI FILIUS.

Micislaum senem ad Moldavam fluvium felici acie vicit Sanciogi vitam donat, Romanum Cathensium à se creatum Ducem Provincias Polonie invadentem cruento prelio reprimit, illo regnante accensus in

origine cometes portentosæ magnitudinis mendiariam Tartarorum irruptionem fatali crine demonstravit. Princeps multi mòi pessimo malo Asveto fœdo Pomeraniæ Gubernatore calliditate circumventus, et tota animi magnitudine tectus post balnea cum cum armatis fortiter dimicans interrimam collo animam reddens adeo à nulla majestate prædi est cæsus. tumultæ Cracoviæ.

BOLESLAUS PUDICUS LESCONIAL. BI FILIUS

Aureus Princeps in Saulum ferreum inciderat: ter regno pulsus ter exactus. Tartaris per provincias Poloniæ effusis. Henricus filius Vratislaviensium Ducum exercitu ocurrens deletus à Conrado Principe Petruo regnum Poloniæ ambiente motus civiles excitati, verum bella Hungaris Regis patrocinio vultus rebellis Russiæ. Silesiæ Moraviæ motus ferro emendavit. Jadzigas uno prælio ad interrectionem nominis delevit Tartaros prædam è regni visceribus agentes finibus ejecit.

conditos discordantium civium ostq
satisfodinis cœlitus apertus temperavit
post tot throni thoris sui miracula
nullam posteritatem reliquit præter
regiæ innocentiæ famam immortalem
â pudicitiâ pudicum vocatum 1226.

LESCONICER DUX STRADIENSIUM.

A Paduo Lege infortuno et gloriæ
hereditatem inconsultis Reip: ordinibus
adiseit, Regno â Polonis ursus, ab exte:
ris restitutis æmulo rejecto Tutela:
ribus Divi Mihaelis sub speijs vultus
ingentes Russorum Tartarorumq copias
fudit, fugavitq. Rebelles cives pro veniâ
donavit, supplices neq in hostes captivos
sævitum illatas â Conrado injurias
ferro vindicavit et igne, verum dum
palmas Laurusq Regni sui finibus
infert onustas prædis aliens victoriâ
depressus est. amissa potiore parte ex:
ercitus in flumine quod tranabat
tumulatus anno 1229

PREMISLAUS II Majoris Poloniæ et Pomeraniæ PRINCEPS.

Dum ingentes meditatur actus

Premislaus octavo sui regni mense
à Marchionibus Brandeburgensis
per insidias vita simul et purpura
exutus est ipsis Bachi hilarijs ad
Jaricidium abusi hostes devota sup-
cularibus cinctibus die innocen-
tium prima Regni victima in favillas
abijt Anno 1295.

VENCESLAUS BOHEMUS REX BOHEMORUM.

Scissa in partes Rep: simul cum
Loctico Lesconis fratre electus Loctico
in post quadriennium usurpati Im-
perij (propter Imprudentia licentiam)
rejectus à Polonis Bohemorum Regi
cessit solium verum cum duplicis
Regni hæres Venceslaus Polonos min
sibi fideles credidit, fecit et sedum
falli timuit fallere docuit, extinctq
Pragæ Anno 1305 vix è suo in-
genio perturbata corruptaq Polonia

VLADISLAUS LOCTICUS LES-CONIS FRATER.

Defuncto Venceslao solium repetit Polonio, impetratq a Ioanne 22 Pon. Pisie maximo diademate regio, quod olim per totum quadragesimæ noni audebat. Venceslaus cum quo divisus Reip: suffragijs electus fuerat coronatur Cracovie simul cum Hedvige consorte Anno 1320 resumpti regni 15 nihil in eo humile fuit præter staturæ corporis, animum armis, mis bis coronatus, bis unitus ne Pedimino Lithuanorum Duce fines suas vastaret, cum sibi affinem fecit filiâ Pedimini Casimiro filio elocata non aliâ dote quam ut bello Polonio capti redderentur. Tanto affinitatis fœdere auctus Vladislaus. aduersus toties fugit fugavitq cruciferos et ad affirmandas pacis indutias coegit veterum cum post bella tantis per reges rat, expirat 1333 mense Martio ad Martem natus Princeps.

CASIMIRVS MAGnus LOCTICI FILIUS.

Cubitalis parentis ingens filius coronatq cum Anna Conjuge Pedimini magni Ducis Lithuaniæ filiâ, ter in Russia ducto exercitu, ter victor nunquam voluit triumphare, redacta tandem

armis et formam Provinciæ à Casimiro Austria Leopoliensi Antistite ab urbano 5to subjecta est, major nihil omnino apparuit. Casimirus magno postquam vaticano fulmine tacto quid quid in suis gravo exemplo destruxerat. creatis um pluribus templis reparavit tenues, cives, à potentiorum vi Sanctissimis legibus munivit. urbem nominis sui recordationi dedicatam extra Cracoviensia Pomeria excitavit ut cives suos, quos non licebat manibus moribus arctius complecteret impleta ingentibus meritis magni mensura nominis cygno delapsus in venatione cessit ingredam avare morti A. 37.

LUDOVICVS HUNÇARIUS

Avunculi sui suffragio suis regni Poloniarum obtinuit, Ramonius tamen Regæ dici maluerat, quam Polonius. ideog in odia civium ad primum solij limen impegit, quod invitus regnare videret, nec tamen sceptro palmâ renunciaret Patri Poloniam reliquit

gubernandam, ipse in Hungariam re-
gressus. absente dui Principe longum
regni silentium sunexit, et nullis
tamen aperta via sceleribus Ludovico
interim de Russia, Hungaria adjun-
genda cogitante, sed dum Poloniam
minuere ampletudinem meditatur
vita et regno exutus est, hoc unum meriti
ut mortuus à pauris ploraretur. ob 62
regnavit annos 12.

VLADISLAUS IA-
GELLO MAGNI DV-
catus Lithvaniæ Princeps.

Cracovie cum fratre Vitoldo Sacro fonte
ablutus Vladislai nomen accepit unit
Lithvaniam Poloniam Cracoviensem
Academiam erigit à Scythis Pragensi
universitate magistris civilibus dissidijs
compositis Cruciferorum Sovvo profligat
Magistro ordinis capite supra 44 millia
ex aris in Poloniam ducta, signa hosti-
lia 52 in Basilica Cracoviensi Deo exer-
cituum appensa in Trophoum annis 62
in imperio exactis Religionis defensor
acerrimus ad lauream evocatus Gro-
decij, mense Junio duobus filijs Vladislao
et Casimiro in solatium mœsta Po-
lonia relictis.

VLADISLAUS III
Jagellonides.

Ad Hungariæ Regnum invitatus albam regiam inaugurandus deducitur et diadema in Basilicæ S. Stephani assvigoniensi Episcopo accipit Bulgariam Rasciã Romaniam victorijs emensus bellum tandem contra amuratem suscipit de quo repetitis præliis ad Varnam equo labente cecidit in Janizaros cum sanuis suorum invectus dissipato hostium equitatu regnavit in Polonia annis 6 in Hungaria 5 Adolescens prope 30 emensq ætatis annum.

CASIMIRVS II VLADISLAI FRATER

Marieburgum à Cruciferis occupatum cum alijs propugnaculis auro redimere maluit quam ferro parendum ratus sanguini potius gn ari ex Elisabetha Imperatoris albati filia suscepit Vladislaũ Hungariæ et Bohemiæ Regem Divum Casimirum, qui ab Hungaris hæreditatus mutatis eorum animis Vilnæ quadraginta ætatis anno obijt S. Joannem Adalbertum Alexandrum Regis mundi Poloniæ Regem et Fridericum S.R.E. Cardinalem Gnesnensem Archi. Episcopum et Cracoviensem simul diversit è vivis postquã regnasset 44 vixisset 64. anno: 1492.

IOANNES ALBERtus Casimiri frater

Cattimachio ex Italia profugo consultore cursus in dia Polonorum excurrerat. in Bello Moldavico circumventus, et ito fe: dere profligatus Torunnij apoplexia tactus occubuit Princeps nulli Regum 2dus si fortuna ingenio regnasset, annis prope 9 regnavit.

ALEXANDER IOANNIS ADALBERTI FRATER.

Stephanum Moldavie Palatinum ex malè occupata Pokucia, unum deinde vita expulit, Prædones Getas Polonia spoliis vinctos restaurato passim ordine cecidit fortiter, egit in vita annos 46 in regno prope 5 Elatus ad tumulum 1506 elo: quium quid posteros obtinuit, quod nihil in fortuna sua majus habuerit quam ut posset, nihil melius, quàm ut vellet omnibus benefacere

SIGISMVNDVS I. FRTER ALEXANDRI.

Fratrum ultimus ad regiam evocatus dignitatem 40 millia Moschorum cæsis Borysthenem embescere fecit effuso sanguine poremptorum. Basilidam de Moschorum Duce Basilio patrum Scythia

Moldaviæ, Prussiæq; Laurus comitata
colluctantem in Baltico littore
anguent in ovo suffocavit annorum demũ
et gloriæ plenus Regni sui Diadema tra-
dere maluit filio, quàm relinquere. 82
annos cum natus uno supra 40 rexit
potitus ad præmium recte factorum
evocatus.

SIGISUNDUS AUGustus

FRATER SIGISMUNDI IMI.

Bona est Sforziis matre genitq; pa-
rentis appellationem in suos mores tra-
hens Lesagenario patri meruit in throno
assidere omnibus præliis victor, Suecos
ac Moschos in Polonia repressit, eamq;
Carlandiæ ac semi Galliæ successionẽ cu-
mulavit. Humanis sacrisq; legibus con-
firmatis florentissima pace beatam
reliquit. præcipuus libertatis, jurium
comitiorum potens et auctor extinctq;
Kny Sigmi avi sui homo Regni 25
ultimus Jagellonides.

HENRICUS VALESIus

De morte Regis Galliarum Germani sui
admonitus in consultis regni ordinis q; post
annis unius gubernationem Liliæ Galliæ
rum aureis Poloniæ sceptris præposuit
in Gallias reversus.

STEPHNUS BATORI

Transsylvaniæ Princeps.

Divisa Regnō: electus et coronatus, alijs Maximilianum Imperatorem, alijs Stephanū renunciantibus Dissidium ordinum regni in generali tandem conventu pacificationis Andrejovie positum bellum contra rebelles Gedanenses, nec non contra Basilium Ducem Moschovie gessit prosperrime tribunalitia Regni judicia instituit tandem absolutissimo Princeps Grodno vivere desijt regnavit annis 12.

SIGISMUNDUS III IOANNIS SVETIÆ OTTHORVM

Validalorum Regis filius

Matre Catharina Jagellonia Sigismundi 1mi Poloniæ Regis filia natus nequidquā prævalente Maximiliano Archiduce Austriæ Rodolphi Imperatoris fratre Rex Poloniæ electus. Divisis Regni maximi. arum suffragijs Turcarum sub Chocimo 40 millia Tartarorum 100 millia acie profligavit. Deletis ab interrelione 60 millibus barbarorum Moschorum regnum unaum metropoli Moschau sibi subegit filiumq. Vladislaum magnum Moschoviæ Ducem inaugiravit. obijt Varsaviæ anno ætatis suæ 66.

VLADISLAUS III SIGISMVNDI III FILIUS.

In paternum Solium uno tantum ad Speciem libertatis nihil reclamante electus, et via coronatus frigidiem natis hostem. Moschum in Severia Turcam in Podolia Suecum in Prussia victor de omnibus obijt Mercii 20 Maji 1648.

IOANNES CASIMIRus VLADISLAI 4ti FRATER

Pressam Svetiis, Moschovitis, Cozaticis, Hungaricis, Tartaricis ubijque armis patriam ab ultimis fere vindicavit ruinis regnavit annos 20 abdicavit diadema 1668.

MICHAEL CORIBVT WISNOWIECCIVS

Admirando omnium regni ordinum consensu Rex prodamatus, et coronatus Natus Regis. Regum anno 1609 obijt Leopoli die S. Martini illa ipsa die qua ad otium expugnatis et captis 30 millibus excratus Regni et magni Ducis Litvaniæ insignem de Barbaris victoriam reportavit.

IOANNES TERTIVS

Generatissimus armorum Regni ductor et Marescallus Augusti corporis majestate, et absolutæ prudentiæ amplitudine

dig

dignus olim terrarum imperio. Rex Poloniæ omnium ordinum votis renunciatus, Varsaviæ, Cracoviæ coronatus, à Primate Regni Andrea Olovio Turcas, Cosacorum Tartarorumq; fulmen victor, oriëntem castris cacuit. Demet ad Rhenum iterum, iterum ad Viennam sacri belli generalissimus, regnandi artibus, et rerum gestarum gloriâ nulli Regum post Reges natos secundus post 23 annorum Regna et acta immortalia eodem die quo Solium conscenderat mortalis esse desijt Anno ℞ 697 die Sanctissimæ Trinitatis relictis tribus Principibus filijs, Jacobo, Alexandro, Constantino, et Serenissima Theresia Bavariæ electorii Consorte.

AUGUSTUS II.

Sacri Imperij Elector, et hereditarius Saxoniæ Princeps, armorum peritia et invicta fortitudine animi præstans post Hungaricas Turcicas Laureas ad regni Poloniarum Coronam suffragijs ordinum expetitus die 27 Junij electus 5 Septembris, Coronatus ℞ 697 Rarò in Saxonia exemplo Religionem nobilitavit. Orthodoxam, et totum ita exterruit orientem, ut ad tam diu exspectata tam universalis pacis fœdera inclinaret. ℞ 699.

SVECIA

Svetia claudit à meridie Daniá à Septentrione Bothnia, ab ortu Mari Iordano ab occasu Immensi montis jugo Levonis dicto, Has potissimum Provincias continet. Bothniam, Orientalem, et Occidentalem Lapiam occidentalem nam orientalis Moschi est. Gothia quæ dividit in occidentalem, et orientalem Livoniæ magnam partem cum Metropoli Riga Extremi Svedorum versus Septentrionem sunt Lappi, qui Solis venationibus vivunt.

In Svetia ita purus, et sanus aër est, ut plures homines numerentur 104 annos. Sæculo 15 facta est Lutherana, ante Catholica, in illa regni sylva 30 milliarium etiam hiems conservans magna parte viri Statem, Metropolis Svetiæ est Stokolmia sytra maris salutes. posita ad instar Venetiarum celebris urbs quoq. est est Upsalia ubi Academia, et Archiepiscopatus. Calmar præterea etc.

TARTARIA

Tartaria est duplex Asiatica et Europea, Europea alia Perecopica dicta ad Precopum quæ

jecit ab Istmo. Alia Crimea
caput illius est Crim, continet
non solum Tauricam Hersonesem
Ped. et alias Regiones situatas intra
Boristhenem Dniepr, Istrum
Neger et Tanaim Confinia Pt cum
Moschovia, paret hodie Turcis, de
Asiatica vero Tartaria non est
hujus loci agere.
Haec de Europa breviter dicta
et tantum praegustata sufficiant,
fusius enim de illa agere non
hujus Theatri fuit, qui plura
scire voluerit consulat historico-
rum, potissimum hujus Seculi
volumina. Nos jam ex hac tabu-
la calamum subtrahimus.

Habebam Aulicum

Aula eadem est omnino fides quae mo-
bilis aure blanditur. Sed post mordet seu
Scorpius Aula. consiliis raro melioribus
utitur aula
Similet regnare diu qui jussit in aula
Exulat integritas, mobilitas et candor ab aula
Ferre moras, iram frenare doce-
mur in aula.
Grande deus videre bonos censet
in aula
Horreat verba loqui impiunt
qui crescere in aula.

Invidiam qui ferre nequit discedat ab aula
Langvent virtutes, regnat nec̄ omne per aulam
Muneribus montes hominum capiuntur in aula
Nugas ala, lares et fumos vendit inanes
Otia quis quis honesta cupit discedat ab aula
Porta Orebi in terris aula et tua Tantale scena est.
Quaestus adulari et mentiri primus in aula
Rara avis in toto vere pius aulicus orbe
Sincero animo non est locus aptus in aula
Turpe senex et inops quando incolit aulicus aulam
Vitae difficilis methodus bene diuq aula.

EXERCITATIONES DOMESTICÆ LIMÆ EXCVLTÆ ET PER VARIA RHETORICÆ ARTIFICIA DEDVCTÆ AB ANNO 1700. IN ANNVM. 1701.

Opus pretium duxi illa
quæ domestico castigantur
calamo velut è privato lare
proferre in publicum Theatrum
tum ne suum deesset defu-
tibus circa illis ingenijs Solati-
um, ubi viderint plus quàm Gor-
dio nodo involutas difficultates
limatissimæ mentis acie dissolvi
posse, tum multiplex fructus et
tot ac tantis Artificij Rhetorici
Dotis, quibus omnes mi materia
ita completæ sunt, ut simul
artificium simul modum et praxim
illius ostendam, fruere proinde tuo
et meo labore, et disce ex arte
agere Oratorem.

IMITATIO.

Primum quia facilitate Artificium Rhetoricum est imitatio ideo et ordinem imum judico

Est autem imitatio quadam animi applicatio in exprimendis aliis, quo quia quia multiplex est, alia enim occurrunt imitanda in Stylo Phrasi sensu artificio, id circo hic nonnullos ejus modos et praxim ostendo.

Primus imitationis oratoriæ modus est, cum ex uno Idiomate in aliud transfert, aliquid servata omni venusta. te, uti potest alterius linguæ in hoc genere multi imitatores occurrunt, potis. imum hoc Seculo. ubi jam Gallica Italica rapina Gallica versa indies pro manibus habentur, cujus artificij do hic Exemplum, quod est tale

Atlas turpiter sub mundo muliebri latiscens Seu præsentis Seculi vestiu splendor usq. ad mulierum luxum effusus videte quem ferre sententiam de grege mundiorum delicatulo rum, qui nihil habent usq pensi quam ut sint in odoribus ita Cola mistris ut Capilli madeant unguento ut Gyris fluentibus æquali fabrica

circinnorum ambitiosa circum tempo=
coronentur, ut tutlo foris gravet. ut
apte vestibus exprimant arcus, ut
aurum, et torques velle cadat a pectore
ut gemma fulgeat atq. accendatur.
articulus, ut aures bis, ut mundi, ut
ornati, ut compositi fastigi tanquam
ex pictura toti prætereuntium oculos,
amicosq velut ad emporium delici=
arum, aut officinam alliciant. augent
vestes multiplici sub fato Bombicino
Sericoq apparente per crebras incisuras
quasi per totidem v intemperantiæ
spiramenta v vulnera parsimoniæ
minirum invenimus, quomodo
multa simul indumenta, et tanqm
plura in uno luxu spolia gestaremus.

idem polonico idiomate vide

Simili artificio habes expressum
luxum mensarum, quem licet hic
brevitatis causa non exponam nativo
Idiomate, quia tamen servire pote=
rit ad descriptionem in simili materia
proinde hic illam tibi subjicio.

Mensarum luxus ævi præsentis.

In cœnas (tam liberales et
alias taceam) quam liberales

ac splendidi planeq prodigi alter
prodigi summis, nimirum hoc quoq deerat
clementiis rerum, ut tributaria fierent
voluptatis, neq enim necessitati vectigal
solvitur, quot marium quot terrarum
quot aeris defatigatione conficit. tanto
quarentium impendio, tantoq discrimine
ut semper nominum periculo cenemus
interdum et vitas, abeq illo animarum
aretio sapè quia vitemq non ad epulum
sed ad spectaculum invitamur, ecce
tibi ad numerum, et tangm in trium-
pho fercula deferuntq, prodeunt abe-
untq uti venerunt postquam ou-
bis diu servierunt cellaria integra
sapè sunt vrbium tributa sacrarum
(ut alia omittam) ad delicias ad
usum venenum, fecimus angustq
est gutte orbis noster appositas dapes
non sapore sed sumptu astimamq
illis solum cibis acquiescimaquis
extremus oriens aut flamosa
naufragijs maria misssent.

Secundus Imitationis
Oratoriæ modus est, cum ex
oratione ligata fit soluta, quod ut feli-
citer eveniat duo observabis unum
ubi est sine adjectivo substantivum
ni carmine adde illi adjectivum

ubi verbum sine casu addeilli casum
vg modum loquendi vg. finitum verte
in infinitum, et econverso Semper
Tamen habita boni Sensus ratione
Z dum ita disponе verba ne videant
ductum carminis servare quod si
fuerit aliqua phrasis Poëtica refer
illam in oratoriam. Optimus ad hoc
imitationis genus, Lucanus hujus
versûs quibus naturam modicis
contentam libro 4to asseri. Hic eodē
artificio absolvimus. Ita ille
versu O provida rerum!
Luxuries nunqm tanto contenta paratu
Et quesitorum terrā Pelagoq ciborū
Ambitiosa fames, et lautus gloria
mensas. Discite quam parvis liceat
producere vitam
Et quantum natura petat non-
erigit egros. Nobilis ignoto diffusus
consule Bacchus non auro mitrag
bibunt, sed gurgite puro vita redit
satis est prostratis fluviis q Ceresq.
Quem ita imitati Summus Solutā
oratione parvi mundi Theatrum
seu natura humana paucis con-
tenta.
Heu quam prodigus est humana-
rum rerum insatiabilis luxus

et nunquam parvo paratu contentq.
qui ille dum ambitiosa fames, et
lautæ mensæ in explebilis gloria, quæ
nec quæsitorum tota terra, nec immen-
so Pelago advectorum uberum copia
satiatur. Discite mortales, quam
parvo annonæ proventu humanæ
vitæ spatia producere liceat, discite
quantum est, quod à vobis jure suo
naturæ exigetat, ægros hominum
animos non nihilis Bacchi liquor.
ipso quantumvis jure diffusus erit
non auro aut Mirtha potatur
sed puri currentis Cynthia amissa vita
redit, satisq est laboranti populo
profusus fluvius ac Ceres fertilis

Tertius Imitationis Ora,
toriæ modus est cum aliquem Au-
thorem ita sequimur, ut Stilum illius
omnem retineamus, aliam solum
phrasim, et verba apponendo. Imitati
sumus in idiomate polonico in fune-
re ultimi c. familia. quod vide.

Quartus Imitationis
Oratoriæ modus est. si in aliquo
Auctore figuram imitaveris, atq.
ita materia expresseris ac illam
Ciceronis figuram. Non placet
Antonio consolatus meus ac placuit

Serulis. Comitatus est non nemo
Hereticos divorum cultus asper-
nantes. ita exclamando. Non placet
male sanis hominibus divorum
cultus. at placuit Augustino hoc
imitationis artificium ita tu quoq;
nuper expresseras illam figuram
celeberrimi nostro Seculo Panegiristæ
imitando. qua est latio. Composita
illius procella trajiciendus erat Da-
nubius victo Danubio superandi
montes subjectis montibus penetra-
re sylvas. qua si non iter ingressus
fuisset. Es proelium cum saxis et
sylvis, et feris prius certas quam
dum hoste

Tu de Serenissimo Rege Augusto
2do citato passu ad oppugnationem
Ligæ progerante eadem figura ita
diacras, Quanta illa sunt, quæ tibi
Regum serenissime viam tuam dif-
ficilem obsidebant? superatis patriis
votis, de salute sui Principis sollicitis
vincenda erant tam longa terrarum
spatia post emensa victrice passu
illa Zvina fluvius rapidissimo
trasiciendus. trajecto flumine loca
palludosa, et ancepsa erant adeunda
quasi per tot bella ad unum bellum
esset progerandum. sunt et plures
imitationis oratoriæ modi quia

difficiliores, et primo inipientium gradu altiores hui at illis superstes eo inseram tamen illos ubi per faciliora primam glaciem fregerimus, nunc jam ad alia proceramus.

Expedito artificio Oratoris aggredimur amplificationis oratoriæ artificium

AMPLIFICATIO

Est extensio dilatatio auctoris dicti alterius v facti v utriusq hoc est id quod ipsius excedere poterat extendit ad plura cum autem varij sint modi et multiplices amplificandi, hic primos et principales examinamus. Primus Amplificationis modus est per reflexiones ingeniosas et conceptus, hoc est cum de aliqua re discurris ingeniose, ut facias vero conceptum observa omnes circumstantias, quæ occurrunt in ista materia quam vis amplificare per conceptus, unam circumstantiam cum altera, confer et combina. Sic amplificabas nuper factum Caligulæ qui duos libros circumferebat, unum gladium et alterum pugionem. quibus damnatorum hominum ad gladium et pugionem jubebat, ubi nota omnes circumstantias in hac materia occurrentes. imo ipsum Caligulam. qui fuit animus tyrannorum Maximus. do libros ipsos, in quibus occurrit papyrus, margines, literas,

stylus. 3tio titulum librorum appellabant enim Gladius et pugio, ubi combinando unam cum stantiam cum alia multam faciunt conceptuum habuisti unum hic observa ut non solum conceptum ponas. Sed simul illum aliqua strasi, et figura attollas, amplaxim habes.

Bibliotheca Crudelitatis
Seu Caligula Romanus Imperator
2 libros Gladium, et pugionem
quibus damnatorum hominum ad
Gladium et pugionem capita con.
scribebat circumferens.

Coronatum illius Imperij Romani
Scelus purpura Aeternus pudor
Caligula inter crudelitatis mumi
menta Gladium et pugionem (ita
illos appellaverat) quibus hominus
capita ad Gladium, et pugionem
damnata damnaret renuncebat.
Scilicet parum illi fuerat gladijs
et hastis cives in arena confrihgere
leitori nisi simul Imperator ipse
in pagina calamo confixisset, prius q.
hic expulgeretur è vita stylo quam
muerone. Ille ita diviso crudelitatis
officio, uterq. cives proscribebat
legebat, ergo tot sublatorum è vita
infamis liber non tam in lucem
publicam, quam in perpetuum
funus editus ibant. eadem via

simul ad Imperatoris fastos simul
ad fata miseri cives, idemq; tunc fuerat
Cæsaris notari manu, quod gladio car-
nificis jugulari non digna sed atro fu-
nere pagina notabant, et pro nativo
candore et sanguine populorum
more pallescebant levefolium multi-
plicatis cadaveribus gravabatur et
inter unius libri marginem tota Ro-
mana fortunæ integritas jacebat &
distinguebant, damnatis ad necem
capitibus libri extrema vita fossiles
sententiæ, nullaq; ibi fuerat non
mortis linea ultima agebatur simul
et describebatur crudelis historia,
nemo unquam acutius scripsit,
nemo magis ad sensum commune
orbis, nemo tamen fuit, qui illum
librum non optaret sibi prohibitu,
qui luis usuram prohibebat Oca-
lamum ipsius Erebi carbone civi-
bus atriorem, o fastos togo dignio-
res quam lucæ, atq; ad immortalium
flammarum iras demovendo.
Eodem artificio vituperavimus
fastum Neronis qui palatium ad
instar cæli fabricatum Romæ sibi sta-
tuerat illius inquilinum de ipsum
Jovem Supremum dominando, ita contra
illum detonuimus.

82

Pericles contra cœlum terrestre Neronis fulminans, seu Palatium Neronis, ad formam Cœli factum oratione vituperatum.

Quid demum istud quirites? Nero in cœlo aspicit, dignus terris omnibus exulare, quod jam relictum virtutibus si tua scelus Apotheosi donatur? et si obscura flagitia ipsis sideribus illustrant? quos dabimus pietati radios, quam religioni promittemus lucem si astra Tyrannidi, si probris ipsis cœlestia lumina impendunt? haecne face toties ipsas meritus. o furiarum tædas collucebit! Atria hæc et stellantia Cœlitum tecta. dignus ad ipsos detrudendus inferos habitabit. Quis jam Cœlum aspiciet quis suo vultu astra dignabit, si inter hæc Neronem aspiciet Excute Olympe? turpe pondus, atq hoc turpi onere te libera. Nullq̃ǔngm Athlas humeros tibi dabit, nemo volet omnium scelerum plenum Cœlum sustinere ipsa Tyrannorum crudelissime tantummodo aspicere

velis coram te pallet luna, et sua
astra abscondunt radios ipsi quos
soli grave est oriri, etiam meridiem
odit in tanta scelerum luce at equidem
dignum te in Zodiaco radiare, et te sic
monstris, quam hominibus videas gratiore
o dura tempora! o navas clades. Nero
Calo praecst; quid nisi facultatis pub-
lice eclypsim metuemus, quando vobis
non Romam, sed ipsum mutaturus orbem
Cometes accenditur. Nemo post Neronem
regnantem Celum quod spirare volet
semper nos praeclara futuris cogita,
tio torquebit. Quid agis? cui labori manu
cui humeros oneri dabis? postquam om-
nia recte conseceris Celum hoc est, nihil
plus quam Nero post scelera sua deprehi
est gratiebis.

Secundus Amplificatio-
nis oratoriae modus est, cum plures
causae alicujus assignantur quae non
sunt quidem jam ingeniosae et inex-
pectae, sed solidae, et fundamentales tali
methodo sua in Senatu vota protere
In causa Patrum solent ampliare. Exactam
hujus doctrinae habuimus, ubi diximus
Turcam etiam facto foedere Poloniam

infestabit, et hujus plures assignando rationes, ita hoc amplificavimus.

Nunquid Christiani Helionę sanguinis Regnorum Predonem Turcam etiam facto fœdere ab infestatione Poloniæ cessaturum putatis? et creditis (jam sequuntur rationes) quem Christiani nominis pœnæ odium præcipitat Sacrilegium, cui orientis triumphi quietem abrumpunt, quorum nostris intestinis dissidijs in nostram cædem manus armavimus? sub specie pacis, belli venena fovet, et speciosa virtutis titulo scelus palliat.

Tertius Amplificationis Oratoriæ modus est cum res aliqua amplificatur per definitiones congloba tas seu plures explicationes naturæ rei ut autem strictior definitio nota universaliter naturam cujusvis rei duplicitur posse explicari, et definiri 1mo dicendo quid sit illa res 2do dicendo item quid non sit. ita nos libertatem Poloniæ definivimus. dicendo 1mo quod sit nobilitatis gemma, legum custos. et 2do diximus quid non sit libertas non enim libertas est iniquitatis pallium asylum nequitiæ unde jam Doctrinæ hujus praxim

Aurcum libertatis saeculum in Regno Polonicæ.

Invidete nobis retroacta Sæcula invidete reducta: post atales habemus etiã inter gregnentem fori armorumq; strepitum. aurea Sæcula Saturni, dira nobilis libertatis officina cudit in dies Quid enim libertatem nostram appellaverim, nisi aurea publicæ felicitatis momenta, Sæculorum pretium, nobilitatis gemmam regnorum fortunam civium propugnaculum illa illa est qua nihil sub corona Sclviâ caret pretio: tius, nihil custoditur firmius, nihil ab hoste oppugnatur acrius, o Solem fortunæ diem auendentem poquitis! o primum sub frigido axe nostro dius! o magnum in toto Republica corpore pro celsum mentis caput! nemo, nemo obiecerit nostræ gentis libertatem publicæ iniquitatis pallium asylum nequitiæ Scelus licentium fomentum peccantiũ, non enim iste est libertatis character Sed licentiæ nota non gemma Nobilitatis pretium, Sed omnium decorum prostibulum, non regnorum Salus Sed exitium

Quartus Amplificationis

Oratoriæ modus est, cum propositione particularem dmplificas per univer-
salem, seu reductis illam ad propo

sitionem universalem sic vg si laudares aliquem à liberalitate istam propositionem particularem Mecanas est liberalis reducere ad universalem dicendo in communi multos vidit orbis liberales, erant qui facilius donabant, quam poterent et quibus enumeratis jam descenderes ad propositionem particularem dicendo nemo tamen tamen fuit Mecanate liberalior qui etc.

Eodem artificio nos quoq laudavim fortitudinem. Floriani Sarij qui tribo hastis confossus illis sagerividendo immortalitatem gloriâ merobatur. Propositio universalis erat multa habuit orbis heroine fortitudinis prodigia. Particularis autem propositio fuit. Nemo tamen nostrum Sarium animi constantiâ sagoravit jam huius exemplum habes.

Theatrum Immortalitatis in Floriano Sario tribus hastis confosso, Seculorum admirationi apertum

Novum immortalitatis Theatrum Nobis hodie aperit invictissimi

Herois Floriani Sarij animi magni=
tudo, multa quidem sunt digna æterni-
tatis Sæculis, tabulis herorum facta;
Videte quanto gloriæ feratur, et ipsis
se se attolat cladibus illud Romani
Imperij fulmen Annibal, quot hostium
Trophæa, quot Colossi victoriæ ipsi cælo
inferunt Scipionem, in quanta luce
versetur inconcussa Scævolæ audacia,
quot palmas numerat Cocles, magna hæc
quidem sunt, nemo tamen majori unqum
enituit bellicæ fortitudinis exemplo,
quam Poloniæ Heros invictus Floria:
nus Sarius, cedit illi gloria magni
Scipionis, minor est ipsis licet elatq
domitis Alpibus Annibal. Decrescunt
ad tantam heroicæ mentis magnitudi:
nem ipsi cælo porrecta victorum ve:
stigia. Videte enim illum in trium=
phali belli arena, cum ipsis fatis et
discriminibus luctantem, et ipsis
pene mortis faucibus, velut in are:
na gloriæ immortalis dimicantemq

Quintus Amplificationis
Oratoriæ modus est, cum per adjuncta
seu circumstantias, loci, temporis,
personæ amplificatur factum ali:
quod, e dictum quæ circumstantiæ
optime illo versiculo exprimuntq
Quis, quid, ubi, quibus auxilijs cur,
quomodo, quando.

Quia vero in omni materia magna utilitatis est nosse tales circumstantias illas hic excludo.

Quis significat significat personam qua persona, qualis genere, moribus fama, fortuna, etc

Quid significat rem de qua tractat v Scribitur. Ubi designat locum quo loco, publico, aut privato. Sacro an profano.

Quibus auxilijs Scilicet an hoc factum fuerit à solo, et uno aliquo an à pluribus, an ex imperio alterius an proprio ductu. Cur significat causam, quare id fecerit, an propter bonum publicum, an privatum.

Quomodo significat modum quo facta est res. cito an lente, animosè an timide. Quando exprimit tempus quo res facta v dicta Scilicet quo Anno, mense die, quod in ipsum altercius amplificari potest, ut videbimus infra. Hoc artificio amplificavimus factum Serenissimi Poloniarum Regis Augusti Vzdi, qui properando ad obsidionem Lipsiæ Viadrum fluvium rapidissimum unus trajecit et ita dixeramus.

Assum gloriæ Serenissimi
Augusti secundi Poloniarum
Regis Vvinæ fluvio ab eodem
Heroicâ superato cimensum
Diciti terrarum Domini, tuq
gentium Dea Roma, quis unqm Rantio
pro patriæ integritate exhausit discri-
minum, quantum pro publicæ salutis
commodo unus Augustus? Intuemini ob:
Seuro medias inter undarum procellas
felicia fata patriæ laborantem, et inter
ipsa discrimina, velut in ridentis
fortunæ sereno lato vultu versantem
Non obruit invictum Principis animum
fluctus insolentia, sed erigit sublimis
eum superat Regis Augusti supercilium
quam ut fortunæ procella peti posset.
Sed quo ruis regnorum salus? quo vita
properas patriæ, in qua te periculta
publicæ integritatis securitas propicis,
elementum, quod cautas infidum est.
discrima gliæ tentas, ne inferiori quidem
fortunæ meminisse jubet Regum Auguste
te ad clavum sedere publicæ felicitatis
cuius unius naufragio universorum
salutem fortunarum. Illos illos periclis
tari fas est, quibus sui cuiq fato, ut
vivendum, aut cadendum est, tu

cujus ex vita omnium fata pendent,
ad ullum discrimen ne accesseris. Parù
erat Principi invicto tot et tanta
Regi Pectoris scuto frangere adversa
nisi illa Solus sine exemplo, sine hor-
tatore superasse. nimirum Rex
noster nihil se pro Reipub: integrita-
te Regni, gloria populorum felicitate
egisse credebat, nisi illa manu, qua
orbis librat fata universorum peri-
cula Solus rapuisset. Accedebat illis
temporis Celiq urentis inclementia
et velut conspirantibus in unum ele-
mentis Augusti salus pulsabatur enim
cum Neptunus totam opponeret
undarum procellam, astraq, quae
tunc in leone exarserant tota in-
cendia jaculabantur. Sic adversus sibi
natura elementa, in unum cohibere.
Quanta vero celeritate quo animi
aestu tanta aggressus sit pericula
Regum invictus scire licet, rapidis-
simi fulminis more amnis omnia
convulsit discrimina etiam antequam
illa sensisset. Nihil enim Augustus
noster persequitur in acie, quam
lentulos atq cunctatores, qui victo-
rijs Julij atq Scipionis celeritate

Superavit. hui momentis bella constant
Seraq Caurea est, quam anni integri ge.
scripsit. Potcrant Regum maxime
tanto virtutis ac felicitatis tuae mge:
tu regna subjici, provincias subjungi in.
numerabiles conquiri opum copia, tibi veri
satis fuerat, tota subire discrimina tot
sudores effundere, ut Orbi Lechico feli.
tatem poteris virtutis tuae exemplum,
seculis admirationem tanto virtutis
relinqueres. Si liuisset tanti animi
invictam fortitudinem Spectare patria,
tuq in illo stabilis elementi theatro
solidae magnitudinis vestigia demirare.
Sed procul extra regnum (paratis
etiam extra orbem propublica in tegri:
tate) triumphalem extenderas gressum.

Sextus Amplificationis Ora.
toriae modus est artificii prothasis et
Apodosis Seu cum alicui eruditioni sub
rectis, atq ex illa ernis factum v dictu
quodvis amplificare. Ipsa eruditio quo
ordinarie ab initio ponit appellatur
Prothasis. Apodosis autem ipsa appli.
catio ad talem eruditionem. Vbi adverte
talem semper debere esse prothasim
ut ex illa optime fluat Apodosis hoc
est ut sit similima tuae materiae quam
amplificas. Unde hui tota vis est in
ipsa applicatione ad eruditionem

Sæpe enim etiam eruditio obvia si tamen in asperitate, et non vulgariter applicet, invenit gratiam et novitatem. Tale jam exemplum dixiuz

Victima Heroicæ fortitudinis. magnum Koreckij z Wisniewiecij Cor in ara Crudelitatis Turcicæ pro patriæ integritate immolatum.

Consulite antiquitatis Annales, repetite retroacta Sæcula interrogate majores vestros posteri, quis unqm tanto patriæ flagraverit æstu, quanto unius cor Herois Poloniæ Korreckis Scimus neq mirari possumus invicti Ducis Zophiri omni humano fastidio majorem animū, qui Patriæ integritatem sui diminutionem redemit, atq per tot portas Salutem publicam Regno intulit, per quot vulnera Heroem animæ exturbari permisit, Sed antiqua hæc sunt, et ipso vetustatis nomine jam deleta, novum illud, et supra omnem animi majestatem se se attollens, quod de Heroum anima Korreckio invenio, exiguum credebat hostium tela infracto sustinere animo, nisi nobilissimam sui pectoris partem fortunatior omnis spartam pro publica salute

expendisset. O visceratí erga Pa:
triam amoris Symbolum! o lati
pectoris Heroem.

Septimus Amplificationis
Oratoriæ modus est, per Thesim
et Hypothesim! Thesis est propositio
universalis per modum sententiæ v.
doctrinæ Hypothesis autem est propo:
sitio particularis, descendens ex univer:
sali, seu applicatio particularis, ad uni:
versalem. Tali artificio condoluimus
in funere cujuscunq. Thesis fuit, nihil
est acerbius fato, quæ est ulterius de:
ducta, et ampliata per partium
distributionem. Hypothesis vero,
expertus est hanc veritatem Dominus
N. cui fit condolentia commisso vg.
fratre, cui nihil acerbius accidere
poterat jam ita cultius.

Tabula in naufragio lacryma:
rum, seu consolatoria in funere
alicujus.

Habent suum lacrymæ spongiam
inest suo vulneri medicina, multa sæpe
profunde ceciderunt, ut altius resurgerent
et ipsius fragore ruinæ volatioris famæ
sonitum intenderent. Meliori fortunæ Thesis
locum facit injuria sola inexorabilia
fata eam calamitatis necessitate
imponunt mortalibus, ut cicatricem
quam sæva infligunt. nulla valent.

abducere remedia, dura hujus sortis comprobavit vices M. Dng N. qui amisso sue anime dimidio fratre, cujus cura gravius eam sentit orbitatem. Non cessabunt lachryme, donec ex vita et ab oculis ad rectoris ima descedens, atq; ad perpetuum doloris monumentum corde tegentur. Minus minusq; erat dura sortis necessitas omni fortuna splendore avitam domum ianuq; spoliando, quam unicam, quam illius stirpis illam extinguendo.

Hypothesis

Octavus Amplificationis oratorie modus est, cum aliqua materia amplificatur per syllogismu, syllogismus vero est collectio trium propositionum, ima ordinarie est per modum thesis, et doctrine alicujus appellatur major v.g. omnes homines morientur sed propositio est quasi particularis, eruta ex propositione universali, seu majori, appellatur minor v.g. sed Dnus N est homo, 3tia propo. filio est quedam combinatio, et collectio duarum propositionum, hoc est majoris et minoris appellatur conclusio. v.g. ergo Dominus N morietur hoc breviter de syllogismo, non de Philosophico sed oratorio, jam ad praxim descendimus

Templum honoris meritis et virtuti M. Dni Napertum seu gratificatio novi honoris.

Ea est novæ primimiæ dignitas Major nova, et quidam honoris honor, ut pra- ria seu fortunæ inveniat merita, et ad purpura ruborem virtutis adjuiat verecundiam. Quis vero ambigere possit minor hanc publicæ felicitatis Provinciam quam tuis humeris impositam ipsi tibi gratulantur fasces, firmius stare posse, quam tua in manu? hujus nata- lium splendor, diem accedit commodo civium probatæ virtutis exemplum, normam exhibet, et stimulum alienæ probitati. Cum ergo hunc usq fuere Conclusio vota publica patiere Domine N. mea quoq animi erga te benevolentia: ab intimo cordis sensu depromi, illaq in præsens gratulari, quo causa sunt publicæ lætitiæ.

Narratio

Narratio duplex excogitari potest, brevior una, quæ est brevis expositio alicujus facti. Altera longior, quæ est fusior alicujus rei gestæ, cum de- ductione circumstantiarum et adjunctorum. Nota vero universalis præter alias virtutes. Narationes

illas sfic. amam ut res illo ordine
diuat, quo naturaliter fieri solet.
2da ut figuris vehementioribus
oret. tales vero sunt Ethopoeia
Hypothyposis, Prosopopoia, Sustentatio, Apostrophe. 3tia ne in narrationibus minima quaq attingantur.
hoc enim fastidium pariit Auditori, sed
solum illa dicantur, ex quibus alia
minora facile colligi possunt, jam
doctrinae praxim videri in Herode
Polono cum cruciferis decertante.

Florianus Sarius cum 40 Poloniae Heroibus 40 millium cruciferorum victor.

Anno 1331 bellum nobis indixerant cruciferi, ut cruem quam illi
in nomine Poloni in attrita per
jugum cervice sentiremus. Sic ergo
per alienum dolorem suum nomen
patientissimum cruciferorum, hoc
est crucem ferentium adimplebant. Primum Poloniae fines aggredi,
urbes et oppida demoliri, et tecta evertere, prius cum saxis, et ruderibus,
quam cum hominibus bella gerere
omnia ruinis lapsu implere, omnia
ut Poloni a tam frequenti, et gravi
urbium casu facilius coram hoste

cadere miseremus. Attila flagellū
Dei, orbis capiti Rome polonie tot cruces
quot Crucifixi imminebant occidisses. tunc
o Carae Patria! occidisses! nisi Hanna
m Annibalem, Macedonia in Alexandrū
Cartago in Scipionem Phasalia in Cesa-
rem, hoc est Polonia in Heroem invictū
Florianum Sarium invidisses. Vladislag
tunc Lotricus, non tam cupiditatis no-
mine, quam victoriis orbem universum
emensus. Imperijs Sceptra moderabat,
Sed qui tunc prius ageret invictus Prin-
ceps! suum ne colligeret militem, ac
alium intra Patriae viscera haerente
propulsaret? ictu hostem poteret, an
suum caput ab eodem tueretur? rapta
tamen exigua militum manu contum
crucifixorum millibus credetisne poste-
ri eruditissimo historicorum stromero
credere? cum aliquot supra millibus
sui militis occurrit intrepidus. animus
de vano timore, quam de hoste victoria
reportavit, cogitabat Regum et Ducum Prob
fortunatissimus; robore bella gerunt, copia
non numero virum, non ignava virorū
multitudine; hosti major est numerus,
nobis animus pauci in arena descendi-
mus ut victores evadamus singuli;
odi victoriam inter innumeratas
militū phalanges a pleris q vix

probibatam nobis utramq; hac palma
referenda est de hoste palma. Sentiat
cavere crucifer, Polonum, quot mili=
ties. tot exercitus, ramos in arce vides?
maluisti dare victoriæ campum, quam
militis multitudini. Ergo ruite Au=
daces animo agendum est vobis hodie
quod adoret Polonia, sterni sua labe
hostis ferat. Inspiciant Heroes, mi=
rentur posteri mirabeant universi, ut
Hypo ergo contamatum ad arma ruunt
Thypos. undiq; legiones, miscentur acies con=
serunt signis signa, armis arma,
Clypeus clypeo redundit, hic Po.
lonus instat, crucifer urget, hic vi=
les vincit, ibi cæditur, hic triumphat.
in fugam agitur, impletur vulneribus
hostis, morte campi, cadaveribus
fossæ fluunt. tabo acies. quasi
æternam hostis labem diuturna
terra ipsa victorum molle fessa.
sanguine, sudore vgit. sic Polonis
Heroïs victoria ipsi etiam rudi
glebæ gravis, insuperabilis, et plane
insolens videbat. O quantum bella
momentis constant! quantum in
magno animo parva licet militis

manus audet quadraginta cruciferorum millia deleta, nostris tantum 40 Heroibus desideratis. Permittite Heroes alti. ut paucis vos alloquar. Apostro the
ceidistis, qui nec gloriosius in acie stetisse poteratis. ceidistis non hostis atrocia, non vulnerum multitudine, sed victoria magnitudine, velut suo colo Athlas fatigati. 40 Heroes cadere non poteratis, nisi prius quadraginta hostis millia ceidissent, hoc est, nec unus vestrum vivaci poterat, nisi prius mille hostes vin. correctio
cerentur. Grande spectaculum auditores unus est mille 40 militer et 40 millia hoc est aliquot Heroes Poloni, et totus simul collapsus exercitus Cruciferorum. bene est Heroes invictissimi, cum omnia egissetis Patria, ne quid superesset agendo ipsam etiam animam agere voluistis, parum erat fugare ex acie imo etiam evivis hostem, nisi illum pleno irarum animo, ad inferos usq; secuti fuissetis. Hypo-thyposis
Eminebat pra reliquis Heroibus virtute animo, et angusta corporis mole Florianus Sarius. videres hunc medius inter armati hostis catervas, velut in immortalis gloriae theatro, cum satis et mille periculis luctantem, hunc telo hunc gladio, hunc cento, et cum telum deesset, aperta fronte, velut ariete quodam expugnabat, quisq; tam prope accessit suo fato,

quam prope Sario ijsdem passibus quisquis
ad Heröem nostrum properabat, et ad
mortem jam aream pectoris expugna-
verit, hastarum termino, nunquam
tamen adhuc ille expugnatum suum
animum fatebatur, jam totus effuso
sanguine rubuerat, jam ad invicti animi
exitum patebant per pectus tot trium-
phales porta, quot vulnerum, nondu
tamen ille dignum esse hoc periculum
Sario autumabat. Sed conspecta huic
sui sanguinis purpura invictorum
more Elephantum implacabilius in
hostem saeviebat. tandem non victus
est, sed vincere cessavit, non cecidit in
acie. Sed quievit. non hic tamen Hero.
is invictissimi quievit gloria, altior
erat illius animus, quam ut telo peti
posset, cum enim Vladislaus per Caesaria
manus hostium ferret, et suam immotans
ferro frontibus hostium legeret victo-
riam. conspecto inter vulnera et mortes
Proso popaia adhuc cum fatis luctante Floriano
Sario altum ingemuisse collecto heros
animo, et revocato a fatis Spiritu rege
assat, quid Imperator fletu vorrum,
quis victoriam? non ita cecidi, ut dolo-
ri possim esse posteris, quae species
vulnera, aut polono gloriae fontes
aut mei in Patriam amoris, Sculptu-
ras cogita. Arma etiam tela pro

patria accepta, quam cordi sint asque eodem pectore, quo Poloniam et hastas complectar, non sic tamen me hostis pugit, et vicinus pungit. Excepi equo pectore tela nudos hostium morsus et fregi supremæ periculæ vici, unus est quem ferre nequeo. Vicinus mihi villa et tamo toto calo diversus. Ita est gravius nos quando premunt amici, quam hostes, vicinum quam terrâ marig à nobis dejecti barbari Getæg. Ne tamen non insigne tanti Heroïs virtus abiret. Vladislaus illam avito insigni, hoc est ejsdem gloriâ imortalis instrumentis tribus hastis in crucem decussatis in campo rubro notavit. Epitho nima

Simile exemplum narrationis Oratoriæ subjicio quod pariter Ligurib exemplum Dæa poterit esse incipientib.

Dux et miles in carcere Poloniæ et vinculis liber

Ducem Poloniæ una cum Heroë diimus Auditor humanissime. Heroem non hosti tantum, sed nobis etiam, gravem, par enim dejectus est aut illum à hoste vinci aut à nobis laudari. Hic eade cum Duce suo compede vinctus ut caput liberaret, pedem amisit, porrigés cadenti una cum claudicante Heroe dextrone manu liberalem.

Tenebatur eodem carcere Dux et miles polonus, uterq militis Dux uterq nomine appellandus. Ita enim

in nupero cum Lozolanis prelio, uter alterius non defuit officio, ut in mili te Dux imperaret, in Duce miles pareret, militare uterq; dignus, et dignus Egitto uterq; imperare. Damnati erant in carcerem ut ex illa caca ergastuli nocte, serenior dies prodiret Polonio: ita est sæpe majori fortunæ locum fecit injuria, multa ceciderunt, ut altius resurgerent. Puduit tamen seu caveæ inclusam feram, augusto circumscribi carcere, qui orbem ferro petierant, et ille solum placebat limes, quem glacius fecisset ille obex, quem hostium cadavera extruxisset.

Quanquam Augustus esse ille carcer non potuit, qui totius regni studia, et curas populorum una cum Duce suo claudebat: non patebat ei ferum exitus, nisi per hostium viscera, grada rio miles undiq et undiq miles Heroem catena, catenam carcer, carcerem ex cubiæ, excubias vigilantia, vigilantiam desperatio evadendi perdiuti in tam conclamato rerum ordine, militem nostrum occupaverat. per catenas carcerem, excubias vigilantiam mille obices eluctandum erat Heroibus, si liberi audire voluissent. parum erat hosti duo illa fulmina damnasse ad carceris tenebras, nisi simul ad malleum, et incudem catenam et vincula eosdem nassset. Quantum

hui libero Duci dedecus, vinciri et atrocius erat, ita vivere, quam pe-
rire, Cernebat mutuo aspectu cala-
mitas et incontumelia Ducis, suam ten-
debat eadem miles, Dux quoq in eiusde
fato, veteri in quodam huic miseria
speculo suum dedecus indignius adver-
tebat. Habebant tamen sua calamitatis
solatium, quod ambo eadem compede
tenerent: hoc est quod unus alteri com-
pateret. Actum fuisset de heroibus,
nisi calamitas in militem Polonum im-
pegisset, quam ita excepit ut simul in
hostem retunderet, et ubi vix licebat
vivere, vincere aggressus etiam ligato
pede contendit ad palmam victoria.
Audite jam de suo fato, quasi de alie-
no libera in vinculis voce discurren-
tem. Ducum maxime his carceri angu-
stijs, hoc ferro gravius me tua calami-
tas stringit catenas pede, at tuam clade
animo fero. Nihil ago nisi hodie hunc
nodum, cui te implicuit fatum, felicius
quam Gordium dissolvam. Documentum
erit posteris, polonum prope esse vinciri
et vincere. Dixi et pari audacia Hero-
um aggressus facinus, diamne? impu-
ria esset tacere, quod fauta prodicia
buit, dicam! utinam vero ea felici-
tate dicam! qua ille fecit, utinam tantu
fidei habeat narratio, quantum ille ani-
mi. Creditisne posteri? si dictio non

mores, Polonie annalibus credite! O
quantum virtuti nullum angustum est
spatium? quantus in arctissimo quan-
tum vis cariere audacia campus, mi-
les noster cum hostis defuit, ne deesset
victoria, sibi ipsi bellum intulit ut per
suam cicatricem, gravius hostem, pe-
tijsset ex adverso, O novum pugnandi
genus! o insolentem victoriam! O dignus
Romano Capitolio triumphum! rem-
ore ambagibus evolvo, miles ille gla-
dium, quem forte bonum quoddam
obtruserat fatum, o gladium immor-
talis gloriæ instrumentum! vagina
capedit, ubi hostis! ubi acies, ubi tela?
Eadem quem ad catenam damnaverat
hostis, ut per sui jacturam Duis in
tigritarem parceret, audacissime
(Jam enim natura fortunam muta
verat) subsiste Heroum optime im-
portæritus amputavit.

Exclamatio

Interrogatio

Bene est Heroum inventissime
nunquam enim citius statisti in
meta gloriæ quam pede ita clau-
dicante. o dignum honoris Appia
vestigium! cui ictus corona Polonia
debeat Lesconij cruentato pro illa
an Herois pedi pro illa amputato.
Permitte H. eroum magnanime
ut paucis te alloquar, nisi indignans
genus tuum armum tibi Elogium
esto Carbonario Patre nato: non

Apostrophe

humili Carbone, Sed gemma notan.
Duas fuoras; tot ignículos bone mentis
sortitus, quot domi tuæ parentis, aureos
adverti Titiones. Inter folles, et venti-
labrum educatus bona semper erga pa-
triam spiritu animatus vixisti. Demum
modo ita te totum patriæ usibus do-
naisti, ut labi claudicante malles pede,
quam Patriam in Duce suo spectare
mutilatam, illud ergo tibi ultimum
Elogium sit, nos in tui elogia digne
exurrere non posse, nisi pede tuo tri-
umphali Horatius Coldes claudicante
pede uno victorias numerabat, tuos
triumphos tui pedis Tybia canet
immortaliter.

Ne tanti autem Heroïs virtus non
immortalis esset Lex Polonia, pro
aurea Ducis libertate decertantem
aurea liberalitate numeratus. cum
aureo pede aureum etiam in nomi-
ne stemma Cloto golenczyk dictum
illi adjecit ita ferreus tolerantia
Heros amore in patriam aureus
utriusq metalli pretium auxit et
plane aurei stemmatis primus
fabor aureum posteris seculum
tum aparuit.

EXORDIVM

Antequam ad integram Orationē
descendamus partes illius primo ea ani-
mare libet.
Cum vero prima sit orationis pars
Exordium, nonnulla illius artificia
hic perpendemus, potissimum cum
experientia constet, nulla re magis
Veteres torqueri capita, quā
in exordijs orationum.

Exordium ex abrupto

Exordium ex abrupto est, quando aliqua
oratio, mutuatur violenter, hoc est, ab
aliquo affectu violentiori vg. iræ indig-
nationis, commiserationis, gaudij etc.
qui affectus ordinarie debent per-
figuram Apostrophes, seu allogiendo
aliquem, potest autem talis allocutio
institui etiam ad res viventes vg.
mortem, hyemem
Jam exempla ex variis authoribus
collecta, hoc artificium efformata
pro exemplo subjicio.

Audite rem novam fratrem
Sen. crudelem novercam misericordem.
Bene habet Quirites, dixit
disciplina militaris vicit
Imperij majestas Livius

Erumpe tandem erumpe! qua luet ex ore, ex oculis sine Rheto rum fuco incomptus sine partitis, nis ordine incompositus Deo mori, ente parentalis dolor. Perillius

O Regalium arbiter! consiliorum maxime Regum Deus, quid iste bert in omnium pace terrarum armata Regia tumultus! O quid quid in celo fulminum propera pro. sibe! De! decede Innocentium, Et quid agis? aut moliris? Alexander quam magnitudinem animo concipis? jam! jam! Puteanus

Ergo o Rhodierna Isubine Lauda, tionem ingentem olim promerita nullas audire fasta panegiros Heroi maxima Ferrarius

Celer ex igneo Ignatij catu pro. fer ad Indias undas vitalem, quo fe. licius ardes, Jesu idem Xaverij idem

Exordium a persona dicentis

Secundus inchoandi orationum modus est, petitum ex circumstantia persone, quo dicit, plures vero circumstantie occurrunt, ex ipsa persona dicendi seti solita. Primo etiam vel extenuat suam personam Orator, suam obligationem testatq quam habet erga, ad quem dicit, aliam combinationem, sive ex no. mine, quod gerit, sive ex natura

Sive ex quacunq denum circum=
stantia personæ dicentis con=
cernente hujus doctrinæ ex
classicis Authoribus petita, ex=
empla habes.

Vnde mihi tantum confidentiæ
Sacratissime Imperator, ut post
tot disertissimos, quos in urbe, et
hic rursus audisti dicere audere?
nisi nefas esse duxerem, et com=
missi cujusdam sacrilegij religio=
nem vereter.

Constantino Panegirista

Si quis unquam fuit Imperator
Auguste, præsente virturus ante
trepidaverit, cum profecto me esse, et
ipse sentio, et alijs videor, nam am=
te semper ultra omnes recto Prin=
cipes laudari oportuerit, nunc
paro ultra omnes mea urbe con=
veniat dicendo celebrari, cujus et
libertatem asseruisti armato, et
auxisti dignitatem Cognatus Panc.

Ego Serenissime Rex, quid sen=
tiam, quam quid sudam promptiq
apud te dicere consuevi, nam et
tu libertatem probare soles
consilij mei, et ego admirari in
deliberandis consilijs sapientiam
quam Strada

Ago tibi gratias Imperator
Auguste, si possem etiam refer-
rem. Sed nec una fortuna desiderat
remunerandi vicem, nec nostra
suggerit restituendi facultatem. Ge
Solum igitur quia nostra est gratias
ago et Ausonius

Neq; mihi: Arrogo, neq; ita arroga-
rem satis sanus videar, ut velut
Platonem Annibalem martialis
spiritus vigore, in quo est vestra
humanitas moneri, à me patiemini Demost.

Publius interpres laetitiæ, et
quasi omnium lingua ad te missus
veniò et singulorum animos ad tuos
pedes explicem, et deponam Puteanus

Exordium à Persona ad quæ
fit Oratio, de quo fit & coram
quo fit.

Sumunt quoq exordia ex combina-
tione circumstantiarum, quæ, oc
currunt ex occasione personæ
ad quem dicitur oratio, ubi ex-
pendi possunt, ejus officium et
dignitas illius, ad quem est ora-
tio v.g. quod sit Secretor officialis
regni & curiæ Judex, deputatq,
Ado morta in patria, quod sit
heros strenuissimus strio genus

nobilitas 4to virtutes liberali-
tas, Justitia, 5to quod sit tuus
amicus, consanguineus, Benefactor,
cujus exordij jam normam ex Au-
thoribus accepisti vide diuturg
Constantini Augustissimi Laudes qui
tantum ultra omnium Seculorũ
Principes eminet, quantum à pri-
vatis ceteri recesserunt, et dictu
rus in actu exultantium gau-
diorum, nullam eloquentiam
aptari, nullam conijci posse
autumo, quo dignam efferat,
aut materia gratiam, aut
temporis copiam, aut vestris
studijs facultatem Nazarig
Athanasium laudans virtu-
tem laudabo Auditores Gregorij
Maxime vellem Athenienses,
ut qua omnes istis humanita-
te eandem erga vos exhibere.
tis nunc autem ut Demosthenes
In te Calimache situm est utrum
Athenæ in servitutem redi-
gantr, an tu eas liberando, me
moriam tui in omne evum
extendas, qualem nec Nrec
Nextenderunt. Idem.

Quantus Imperator N. fuerit Quirites, si ex alia re nulla æstimari posset, vno hoc satis fuerat, quod cum tam Leditiosum militem in castris haberet nullam in exercitus Leditionem exper. tus est Livius

Demosthenem aliquem aut Iulium requireret, tanta dignitatis prorogativa si pro majestate laudanda est, tanta enim et tam divina in eo ducent decora ut. Dicam tamen dum instar silentij erit, rauca de multis delibasse, sage dui multum. trutinare animo Principis beneficia soleo cætera omnia, omnia tamen tanta fortitudinis fulgor obscurare et obtergere videt Puteanus

Exordium ex circumstantia temporis

Quartus modus inchoandi orationes est ex circumstantia temporis, quo dicit oratio, multa autem hujus modi circumstantia, imo omni potest expendi, quo die dicitur oratio. Sibiet si die Jovis, Martis, Mercurij 2do quo mense an Augusto v Julio v Majo 3tio sub quo signo celesti tunc sole lucente v sub signo leonis, Archibro. 4to qua parte anni, sibiet v hyeme v estate, v autumno v vere

5to Si ad decursum anni Saecularis & inchoationem novi Saeculi, à talibus temporis circumstantijs habes hii nonnullorum Athorum Selectorum exordia

Tempus qd semper optabis venit, quo vobis potestas fieret virtutem vestram ostendendi. Livius

Cum vere novo et felicibus annidentis natalibus vetus urbis mumus affero Auditores Puteani

Octavus annus est Comilitores ex quo virtute, et auspicijs Imperij Romani, fide atq operâ vestra Britaniam vicistis. Tacitus

Nisi me conjectura fallit Auditores, mirabitur non nemo enim hodie, aut ut hactenus non dixerit Puteanus

Si illustrem Belgio diem foederatis Salutationem hostibus terribilem toti Europe magnitudine Salutaris hostium gaudia terribilis stupendus à se et successu Noterius.

Non hodie primum reus editur N. plurimis jam annorum curriculis sitavit Sceleribus, sed tolleravi, utramq potui nunc Idem

O diem inauspicatum Auditores, et in
sempiternam posteritatis memoriam de-
testandum quo idem
Debui intelligere, et dignitatem tuã
et felicitatem nostram, dies ille quem
tibi nova provincia fasces deferro non
audebat, ni prius Augusti nomen indu-
isset, ipse nemsium Cæsar voluit alterus,
nisi in tua purpura comparere

Exordium ex viscribus rei.

Seu ex re de qua fit oratio.

Sumi sto exordia possunt ex viscribus
rei seu ex circumstantijs ipsius rei, quam
tractare debes, dupliciter autem ex re
sumi exordia constat, Imo quando aliqua
Oratio inchoatur statim ab ipsa propositione
sicut sua dicta antiqui inchoaverunt po-
emata. Ita Virgilius arma virumq
cano Trojam Ido petantur exordia ex
circumstantijs ex ipsa re orutis, et talis
generis jam exordia subjicio. Suo me sen-
tentiam esse dicturum prima specie quod
quagm auribus tuis gradam, sed medici,
qui gravióres morbos asperis curant
remedijs, et gabernando ibi naufragium
metuit jacturas, quid servare potest redi-
mit. Curtius

Vetores populi Romani injurias clas
desq gentis Volscorum, et omnia obli
vi discamini, hanc ignominiam, quo tandé
feretis animo Livius

Populus nos campanus legatos ad vos Patres conscripti, misit amicitiam in perpetuum auxilia in præsens à vobis exoratum. Idem

In renovanda insolita Auditores si quid præter morem, aut consuetudinem meam hodiè faciam, nemo severiorem opinor censura consilium urgebit.

Omnis Ætna gravius cum meis impositum video, cum laudandum tam admirandum Sanitatis vitæ aggredior. Neoterico

Ad delicias, ad hilaritatem venio Aud: utq. hactenus severiora visu sunt lepore hic condiam. Puteanus

Obsidionem famo famæ clarissimam opere laboribus, gravem, impugnem casibus, cædibus, atrocem confeci tà Magne Dea Neoterius

Alteram Romam, Mediolanum dicere vetus verum q. elogium est Puteano

Exordium ex circumstantia loci

Circumstantia loci ex qua bene perpensa sumunt exordia multipliciter considerari potest. Primo si habeat oratio. vg in templo, in Senatu, in Scholis, domi suæ, in qua provincia, urbe Stio si expendat locus, ubi facta res est, quam volo aut laudare, aut vituperare, jam hujus exempla doctrina subjicio

Sonushi exorcenda Sapientia destinatus, et in fronte illius deputu memoranti operis argumentum Aud:

Aliam sane in P. abripiunt oratione meam, qua quo consuetudine institutos majorum cursum dirigere debuisset in memoriam, revocat enim. Turselinus.

Si loci amplissimi dignitatem considerasse Auditores, prope erat ut à dicendi proposito abstinerem, sed me recreat ac deficit vestra humanitas. Puteanus.

Toties urbem hanc vestram jam quoq; meam intueor Auditores, et oculos per eandem decora, et ornamenta omnia circumfero, pendeo animo, quid primum meo postremum mirari debeam hic Puteanus

Mihi nobis hospes venerandus occurris qui amplissima quantumvis sapientiae theatra adventus tui imples, et auges majestate Illustrissime Dñe.

Ingrederis urbem tuo provinciae caput et pari gloriae gradu, quo nuper Constantino olim attollis.

Exordium ab eruditione

Non infregnens quod modus est inchoandi orationem cum sumit, ab aliqua eruditione tuae materiae, quam tractas maxime accommoda, quod ut melius fiat, sciendum est plures esse modos, ponendi in oratione eruditionem Primo enim ponitur per comparationem unius rei, cum alia ita de hostibus dicere posses. Arrages, illa alteras hosti cannas dedit. Ego Insperxit eruditio orationi, ita ut una res praeferat, alteri, hi dicere de Duris vigilantia, melius tua Duum vigilantia pro Reipublicae salute exumbavit.

quam olim pro hortis Hesperitum
Draco pro latio, Anser Capitolius 3tio
Adhibetq in oratione Eruditio compo
nitur per Antonomasiam hoc est cum
loco nominis proprij alicujus quod
alienum in illa re quam pertractas
notum et notabile vg. pro pio Numma
pro invicto Herõe Alexander, Ita de
aliquo milite Arenuo posses dicere.
Magnus hic avi nostri Hercules, facile
omnem contemnet Hydram, Vis prano
tatis, jam ad exordia ipsa descendimq.

Appage Sanguinearum Catilino
copiarum, ubi tantundem Sanctus
Sanguinis quantum vini propinatum
audivimus, non hi more barbaro n
si barbaro luxu infames scenas instau
ratas audietis. Auditores.
Reducite in memoriam retroacta Se
cula, par universis atatibus Polonoru
virtus habet pro Sapionibus Nionio
nescios, pro Fabijs Earnescios ap
pellaverit Sane antiquitas Attilan
Domine ira DEI. fulminis Periden
Nervam boni. Trajanum optimi verq
Splendius tu nomen occupasti Polonia
dum ante murale Christiani orbis audire
meruisti. fuerit gloriosum Augusto an
donare injurias Julij Cesaris, nullig nisi
injuriam oblivisci longe gloriosius
et injurias toties beneficijs rependisse.
Quantum tibi magnam totius patria
montem obligaberis Magne Dux. v

v ex inde collige, q̄d arctius illam tuis
devinxisti, quā hostem premunt vinculis,
quam olim tenuerit Xerxes. dum in vin-
cula conjeci Hellespontum, donec furere
dedisceret in catenis.

Exordium à Sententijs

Inchoantur demum orationes si suum
initium sumant ab aliqua Sententia, hoc
est à doctrina aliqua et Thesi,
Haec tamen non nimium vulgaris et ob-
via esse deberet, se insolita, et à communi
remota, exempla vide Verba innocenti
faulo reperire est modum misero, tenero,
difficile itaq

Saepe ego audivi milites, cum primum
esse virum, qui ipse consulat, quid in
rem sit, Secundum eum, qui bene monenti
obediat, qui nec ipse consulere, nec alte-
ri parere sit. eam extremi esse ingenij Livius

Bene ac Sapienter PP. conscripti majo-
res nostri instituerunt, ut rerum agendarū
ita dicendi initium apprecationibus cape-
rez. q̄d nihil rite nihil providenter hões
sine Deorum immortalium ope consilio
honore auspicarentur. Plinius

Vix probatum est, leges egregias ex
delictis gigni et vitijs

Excedunt vulgus Heroum animae
et terras splendide ingrediunt et relin-
quunt, nihilq magis Heroes. quam soli-
citudinem scomitum semper amant, sa-
tellicia, et virtutum Neotericus

Fortuna fortibus in manu esse, ig-
norare non possunt ad quos tui fama

nominis provenit Princeps illustrissime

Te in aviem prodeunte Rex potentissime patuit conspecta, quantum in pra. lio possit galeata majestas.

De tua presentia hospitium optatissime & maxime tunc nobis gratulamur cum ea frugi vix jam licet, ut flore sol spectatorem nisi cum deficit non habet et lunam advertit nemo, nisi laborantes.

PROPOSITIO.

Absoluto artificio Ecordij Oratorij jam ad propositionem Orationis accedimus. Minimus autem labor est, in propositione excogitanda propositio enim cujuscunq rei est ipsa res, de qua volo dicere.

Si in oratione qua gratularis honorem alteri, propositio est, gratulor tibi honorem, & gaudeo de dignitate tibi collata. in materia funebri Propositio erit, condoleo tibi etc. unicus labor est qui circa propositionem occurrit, ut propositio quæ est simplex et rudis evadat et oratoria. Presentis ergo studij labor erit ostendere aliquos modos, quibus propositio, ex rudi et simplici culta fiat. Multiplex vero id prestandi modus est quia tamen jam illos habes in libris, et preceptis passim aliquos mi solum

innuo Primo ergo propositio quid est
certissima apud omnes redditur nova si
asseratur problematice, hoc est in neutram
partem determinando sese sed suspensam
mentem, ac velut in aquilibrio ponendo, sit
exemplum volo probare Vg. ambitionem
esse mundo pernitiosam, haec propositio est
apud omnes notissima proinde minus gra-
tio habet apud Auditorem, jam vero si pro
blematice proponet majorem sibi conciliabit
attentionem. dicendo vg. potiora nec ambiti-
one damna. vestro hodie decernam in con-
spectu, hic vero modus latissimum aperit
amplificationis campum, plurima enim
afferi possunt pro parte utraq recreat etiã
mirifice Auditores pugna illa et conflictg
rationum, quae in utramq afferunt

Secundus modus attollendi propositi-
onem Simplicem est cum per Allegoriam
effertur, nota autem hic ut Allegoriam à
denigrias, à re valde humili et abjecta, sed
potius ab aliqua re magnifica et Splendida.
Secundo ut illa res à qua sumitur Allego-
ria maxime per similitudinem accedat ad
materiam quam afferri allegorice, sit
exemplum ista propositio est Simplex, Lau-
dabo libertatem, si autem illam extulero
Allegorice. vg. aurea libertatis Saeculum
Saturni aetate pretiosius, vestros hodie
revocabo in annos Auditores, jam majo-
rem gratiam inveniet.

Tertius modus est cum Simplicis

propositionis sensus efferatur per contraria, et opposita. Sic ista propositio Simplex pax nimium nocet virtuti, per contraria bene explicaret, nullum plura contra virtutem bella surgunt, quam in pace, ubi adverte pacem explicari per contraria ipsi hoc est bellum. Item ista propositio Simplex, mors minus est dura miseris quam felicibus, bene eodem modo attollit dicendo, est quoddam felicitatis genus, in infelicitate mori.

Nova quoq; propositio fit quarto modo ex Simplici et obvia, si efferat per paradoxum, hoc est per modum rei ab opinione humana valde remotæ, Sit exemplum. vult probare aliquis hominem multorum malorum sibi esse authorem, fiet nova propositio hæc, si dicas Neminem efremi serum, nisi qui velit, et cadi neminem, nisi à se ipso. Item ex ista Simplici propositione, ea adversis sæpe magna fiunt commoda, faceres novam dicendo. Prodest plerumq; quod nocet.

Quinto modo attollitur propositio per comparationem, hoc est si in comparativum transeat, Sit exemplum, mali aliquando sunt utiles virtuti, ex qua comparativum si feceris attolles illam dicendo: virtuti plura improbis debere quam probis.

Sexto demum modo Simplex propositio exornat per eruditionem, hoc est,

si id quod debebas nude exposuisse aliqua eruditione condias vg. de Beato Stanislao Kostka Sacris ardoribus æstuante dicteres. Divinior prometheus Beatus Stanislaj. Item de D. Bonaventura Sacram Eucharistiam sitiente, Sanctior Alexander orbem Eucharisticum sitieris.

Absolutis duobus primis partibus orationis partibus, deberent et reliquo illius partes expediri. Sed de his, quia nulla specialis occurrit difficultas agemus ubi de oratione, et modis illius jam ergo de illa,

ORATIO

Prima et nobilissima Eloquentiæ pars à qua, et oratores dicuntur. Et oratio in quouncq genere dicendi solita cujus hui non nulla artificia potissimum generalia, quæ cuivis materiæ accommodari poterunt innuemus et aliud adjimus

Primus ergo orationis conscribendæ modus est per Enthymema, seu Syllogismum imperfectum, hoc est quo non propositionem, et illi assigno rationem in fine veri addo aliquos effectus contestationis si sit oratio gratulatoria, petitoria redditoria etc. Tali artificio posses scribere condolendo morti alicujus in funere propositio esset, Condoleo tanto casui, et ruinæ, quo domum avitam oppressit, magnum illius columen a vertendo dares rationem quia casus hic communis orbitas et calamitas hui unum dolet Senatus sibi erectum lumen et aram consiliorum, consanguinei grande columen, miseri et afflicti asylum et Consilio

demum esset per aliquam affectus contestationem materiæ huic accommodatam v.g. optando ut tantam jacturam pari fortuna incremento restaurent Superi quotiescumque

Secundus orationis modus est per Thesim et Hypothesim

Tertius per Prothasim et Apodosim Sed de his jam abunde dictum, ubi de amplificatione oratoria egimus.

Quartus modus poterit esse per Syllogismum compositum, et licet jam dictum sit, quid sit Syllogismus, restat tamen dicendum quid sit Compositus. Est autem quando propositioni majori et minori sua adnexa ratio, et aliqua ex his propositionibus illustratæ, et similitudine, exemplo, et testimonio v.g. gratias agere pro sponsa major propositio esset, nihil difficilius est quam magno muneri pares gratias referre rationem dares quia magna munera sicut omne exuperant pretium, ita et omne genus gratiarum actionis Sed hic donum magnum sublicet sponsa offert, Ratio quare magnum, magnum enim est à genere educatione, moribus fortuna sequitur Conclusio ergo hic difficile est pro tanto munere pares gratias reponere Complementum deinde seu contestatio boni affectus v.g. pretus tamen sponsus N. sarendum benevolentia, qua illi ad

tanta fortunæ munera viam aperuit agit gratias, quas potest maximas, et promittit se istud munus, pro æternæ suæ obligationis tessera semper habiturum.
Quinto modo conscribi oratio poterit artifi: cio expolitionis oratoriæ, hoc est, cum per non: nullas orationis partes pertractas aliquam materiam, scilicet per exordium propositionē confirmationem, seu rationem propositionis, item rationem rationis, simile & exemplum, & testimonium, qd hic nomine per redditoria sponsæ. exordium esset dicendo. Amico nulla jucundior possessio. qui enim amicum invenit (juxta Senecam) thesaurum invenit, deinde descenderes ad propositionem, qd tale ami: citiæ signus scilicet sponsam æterno fæ: deris nexu colligatam tradunt parentes sponso N. Confirmatio sequeret, quia hoc me: rebatur virtus, merita familiæ amplitudo sponsi N. ratio rationis quia in tot occasi: onibus probata est, est ejus dexteritas agenti etc. ubi posses excurrere in laudes ulterio: res illius. sponsæ tum descenderes vg. ad Exemplum Regis Lusitaniæ Ioannis. qui in complementum ultimum affectus cor. obtu: lit, cum inscriptione omnia hoc est dicen: do omnia cor unum qui dedit, ille dedit. idem hic evenit sponsa in munus datum sponso N.
Demum sequit conclusio brevi affectus contestatione claudens orationem.

Sextus orationis conscribendæ modus est artificio, ut dixi arbitrario hoc ē cum pro arbitrario Scribentis aliquo orationis partes ponunt, subiicientes aliquæ id q etiam dispositionem Arbitrariā collocent, vg. ponendo 1mo Rationem 2do propositionem 3tio rationem alteram & 4to propositionem, tum Similē, tum rationem

Septimus orationis Scribendæ modq. est per rationes dq vel ingeniosas & solidas, sed de his jam actum ubi de amplificatione.

Nota hic omnes modos amplificationis Oratoriæ, de quibus egimus, esse simul modos orationis conscribendæ, unde etiam hic jure merito revocandi sunt.

Nota hic ultimo omnes hos modos dq orationem posse formari innuimus, posse simul adhiberi per Allegoriam tota oratione continuatam vg. posses condolere in funere habentis pro stemmate lunam, artificio Enthymematis propositio ergo esset Simplex condoleo alicui obito fato Domini N. Nam allegoriæ efferres, qui non movebit lachrimas tam fatalis astri lunæ Eclipsis, quam feralis mortis nox oppressit etc: dares rationem quare condoleas. Quia hæc mors communis est universi materies luctus, hoc ipsum per Allegoriam dicores. Tanti enim Sideris splendor, ubi fataliter occidit

tantum Senatus Codicum acta noctu involvit et, Lectores, pro conclusione brevis apprecatio. Eadem Allegorica vg. optando ut gentilitiae lumen Menilunium, qd modo plenitudine lachrymarum adaugeat, quam toties primam lucem percipiat, et novo videre aevitum coelum sufficiendant.

FLOS ORATORIUS.

SEU

MODI USITATIORES ORNANDÆ DICTIONIS.

Post absoluta inventionis et dispositionis Oratoriae artificia, jam ad ipsam elocutionem accedimus, seu non nullos modos, quibus ea ornatur oratio. Parum enim invenire, et inventa bene disponere, nisi disposita sciat bene et oratè eloqui Rhetor, imo quandoq etiam humilis materia, si elocutione bona attollat, velut simplex tabula, si multiplicis colorum splendore irradiet, nobilem induit faciem. De modis ergo nonnullis, et facilioribus et usitatioribus hujus artis jam agendum.

Ornatus dictionis sen. tentijs.

Primus exornandi dictionem modus est a Sententijs petita venustate, hoc est cum in oratione frequentes illæ non obvio ponuntur Sententiæ. In hoc scribendi genere excellit maxime Seneca, cujus oratio

Sententijs velut quibusdam sapientiæ
oraculis abundat, quid sit Sententia
jam dictum, Solum hui modi inserendæ
Sententiæ in orationem innuendi sunt
Primus est quando ita ponunt in
oratione, ut non seorsim, et clare ponant
Sed ut aliquid ad sensum periodi attinens
exempla habes.

π Fortunam fortibus in manu esse ignorare non possunt, ob quos tuos fama nominis pervenit, Ducum invictissime,

Σ Te in aciem procedente Dea potentissime patuit confestim, quantum in acie possit galeata majestas

3 Spem et metum duo consultantium detrimenta procul à consilio tuo Senator Magne semper habuisti.

4 Magnus Alexander, major fuisset si superbiam, atq iram invicta mala superasset.

5 O tu Princeps celsissime clarior in hominum et animalium memoria existes, quo major à virtute claritas consiliari, solet quam à coris

Secundus modus inserendæ sententiæ est cum conjungitur periodo per participium arbitratus vel per verba non ignarus, non inscius vel per istam particulam ut forme plerumq et his similes exemplis vide.

Provideratsibi Ludovicus rectefactorum 1
nobilitate, nec solo antiquitatis pretio,
sibi laus constaret Arbitratus miseram esse
& felicium conditionem, ubi nihil mo-
ribus omnia sanguini tribuunt.

Ne quod in re factorum vis posset illud 2
sibi praesidium, quo privare fortunam,
non sequi solet, ab armis separasta, ac
impium, ratus, arma injusta, et justi:
tiam incrmem bello committere.

Ipso aetatis vere Casimirus exhibuit 3
qd vix aliquis in autumno fertili.
Fatis ingens argumentum esse existimans
Sola, duo spem alere in herba.

De tua felicitate tum & maxime 4
nobis gratulamur. cum ea frui videamur
licet, ut forme tot spectatorem, nisi
cum deficit non habet, et bonam advertit
nemo nisi laborantem.

Procul procul e castris Regis nostri qui 5
mitiores quam pugnatores similiores diutius
deliberantur, quam praeliantur, hiemo,
montis bella constant Serum lex arbitrat.
Lauream quam anni integri pepererunt

Fugientem ea acie hostem prosequi ve. 6
rique Ducum invicte humilem existimans
illam Lauream, quae pedibus debet, non
manui tribuitur et obvium victoriae
genus ad quod effuso cursu properatur
non tergo fugientium, sed frontis, et vultus
characterem horoicae fortitudinis esse
ingrimendos.

Tertius modus Sententiam ponendi in oratione est, cum per modum alicujus rationis et causæ adjungitur periodo. ejusq. praxim.

1 Diserta causarum jurgia, ideo Princeps non rescindebat, qd nihil præter tempus lucrentur rixæ.

2 Veritati amicus magis qm reorum precibus justitiam illis Princeps noster intentabat. credens ne illam censuram caperet: eos, apud quos gratia vim æqui habet. nominum n. vero causarum totos esse.

3 Etiam tu ætate immatura maturus Trophæis fuisti ut orbis credere inciperet, quod fabulam sciret in altude monstra a quopiam devinci posset, priusquam ea noverit

4 Illustrissimis portus natalibus Gentis suæ dignitatem primus scelere funestavit: magni enim parentum tituli decori sunt ignaris nepotibus, nihil citius quam magna avorum cognits fortuna

5 Utinam Regum maxime talem te publicæ felicitati proponeret stylus, qualem Patriæ commodo, populorum fortunæ, hostium terrori triumphale fecit ferrum: nemo enim fecundius laudavit victorem, quam qui illum etiam in pagina suis restituit trophæis, talemq. exhibet in tabula qualem adorarunt hostes in arena.

ORNATVS DICTIONIS
ab erudition&c.

Secundo modo exornatq oratio eruditio ne hoc est cum id quod debuit simpliciter dici per eruditionem exprimitq non tm per obviam, et trivialem v.g. hunc sensum simplicem, Bonis bonus successere erudite exornare dicendo: sunt pro nervis. Trojani Titi pro Vespasianis. tale jam hui exemplum habes gratulando M. Adalberti vg. ubi sim: plex ut propositio, gratulor tibi nn adalberti sequunt postea rationes 1ma quia id est meo obligationis tanquam tuis beneficijs obstrictus 2da quia id merenti virtutes, tuas rones demum conclusionem per aliqm effectus testificationem hui materiæ accommodam. Hic ergo simplex materia quantum ab eruditione sumat splendoris aspice

Gratulatoria nominis Adalberti per expolitionem eruditam

Imus hodie sub hastam divinissimi Indigetis hui tam proni in magni nominis venerationem, quam olim Roma sub hostiles hastas iverunt invita Magnifice Dñe, magis enim nostrorum magnitudo premit beneficiorum quam argentea Philippi hasta quibus omnia succumbere Alboq ergo te et divi Adalberti trium phales hasta, et nostra attollunt vota qm sua victores, quos armis coli sublimabat

antiquitas, cui nostrorum triumphatori animorum, etiam triumphale accinimus io optando ut dicit in Digestis hastæ, nunquam à meta fortunæ, et collegato omni felicitatum nexu annulo declinent.

Ad ornatum dictionis, qui fit ab eruditione, spectat principalissime artificium, et modus applicandæ eruditionis qui multiplex cogitari potest, sed jam hunc expedivimus, ubi egimus de exordio ab eruditione petito, proinde hic illum consule.

ORNATUS DICTIONIS AB AFFECTUUM VARIETATE.

Inter prima orationis ornamenta numerant affectus oratorij, quia tamen multiplices sunt quidmodi affectus, ad duas potissimum classes revocant, prima est in qua sunt affectus lenes vg. doloris O seu miserum me! in qua mala patriæ inuidi et commiserationis vg. miseret me tui tot malis obruta patria et gaudij vg. Triumphate Galli, plaudite confederati, trepidate hostes, tremite perduelles etc.

Secunda classis est ad quam

revocant? affectus vehementiores, qui vehementem ad aliquid impellunt Auditore?, quales sunt ira vg. quous[q] tandem abutere patientia nostra? v. objurgationis vg. quid tu o Selve Patriæ caitiale insanis? patrumne adhuc malorum gt. v. imprecationis vg Dij te perdant. cum ergo hujusmodi affectus intermiscentj orationi mirifice illam adornant, ut velut viridem multijugi colore serena. tam ostendunt. unum hic cave, ut affectus proportionatos materiæ quam tractas assumas, non enim omnis materia cujusvis affectus capax est vg. ubi est tractandum exhilet affectus gaudijt, ubi indignandum lætitia, jam hic subijcio exemplum hac affectuum cultura perpolita, Primus S. D. Ambrosij in obitu fratris Sui ita exclamantis

An ego possum aut cogitare de te aut unquam sine lachrymis cogitare? quid mihi jucundius te, aut tibi unquam sine me voluptati fuit? habeo pignus meum, quod nulla peregrinatio mihi jam possit avellere: habeo quas complectar reliquias, habeo tumulum quem corpore tegam, utinam potuisse adversus mortem tuam meum corpus objicere. si gladijs petitus esses me potius pro te obtulissem nihil mihi profuit ultimos hausisse anhelitus, nihil spiritu meo inspirasse morienti. Putabam enim id aut tua mortem ipse susciperem aut meam vitam in te transfunderem O amari dies! qui interruptum nexum

perditis! o flebiles rostes quae tam
bonum consortem quietis et individuum
mihi comitem perdidistis.

Secundum exemplum sit ex ora-
tione Antonij in funere Cæsaris Julij dicta
quæ tale.

Heu me Cæsarum invicte tanos
quos sanguine cruentatos, Heu tonicam
discerptam et dilaceratam! qm ad nix
solum sumpseras, ut in ea mbrorcris,
non fuit opus longa in interfectores orati
one. Satis dolor, satis lucra vestis, et cru,
or loquebant etc.

Inspice hic et exemplum Quintiliani
ita filij sui immaturam mortem deplo-
rantis.

Juro per mala mea, per infelicem consci
entiam, per illos manes, numina doloris
mei, has me in felij vidisse virtutes in-
genij etc. et post pauca. Duos me ego, o
mea spes inanes, hum labentes oculos, hunc
fugientem spiritum vidi! corpus frigi-
dum ex sangve plexus animam recipere
auramq communem haurire amplius
potuit? Dignus his cruciatibus, quos fero,
dignus cogitationibus.

Jam affectus vaundia hic subjicio im,
est Lebrijdi Regis ita filium suum ve,
hemonti affectu corripientis.

Nefarium audax, execrandum caput
hic, quo tandem pretio parentis hic

Sanguinem hostibus addixisti, ego te ab ista jacente atq; inclinata fortuna ad tam latam, et illustrem extuli, ut esset qui me calcaribus provocavit, ego te naufragum meo sinu excepi, ut ex secta praecordiorum vitalia unguibus revelleres, ego inter istas epulas quae forte mihi ultima fuerunt, vota coelestibus pro tua salute reddidi ut me reddentem iniussi in paternas ante cervices mei ipsi penates sepelirent, quae barbaries istud pectus junxit, quis lestrigo deformavit, quae Colchis flagitio, scelere perfidia pestiferis venenis infecit etc.

Secundus est Principis Oratorum Ciceronis affectus ita contra Antonium denotatis.

O audaciam immanem tu ingredi illa domum es ausus! tu illud sanctissimum limen intrare tu illarum aedium Dijs penatibus vos importunissimum ostendere quam domum aliquandiu aspicere poterat, nemo sine lachrimis praeterire. Hoc te in domo tamdiu diversari non pudet in qua q̃mvis nihil sapias, tamen tibi nihil potest esse jucundum! An tu illa vestibula nostra folia, cum aspexisti domum tuam, te introire putas, fieri non potest q̃mvis enim sine mente, sine sensu sis ut es tamen et te et tua et tuos nosti.

ORNATUS DICTIONIS

A figurarum varietate

Multum gratiæ addit orationi figurarum varietas, si illis non obruat, sed tantum ingregatur ditio, et quasi floribus hic et inde interlexatis illustret. et licet omnis figura specialem gratiam conciliare possit orationi te selectiores tamen hic tamen adjungo:

Exclamatio. O mi Lerum, et infelicem illum diem! o falsam spem! o volucrem fortunam! o ceciam cupiditatem! o præposteram gratulationem?

Epipho. Sic dy spreti exardescunt, sic humana nemo consilia castigantur, cum se cælestibus

Interrogatio. præferunt. quo quo scelesti ruitis? aut cur dexteris aptantur enses conditi? furorne cæcus? an rapit vis acrior?

Anthizeta. an culpa responsum date? Audi et Plinium ita suum Trajanum laudibus attollentem, non est periculum ne cum loquar de humanitate exprobrari sibi superbiam credat, cum de frugalitate luxuriam, cum de clementia crudelitatem, cum de liberalitate avaritiam cum de benignitate livorem, cum de continentia libidinem, cum de labore inertiam cum de fortitudine timorem.

Idem de eodem ita veniet ergo tempo

Similiter cadens et similiter desinens. quo posteri vivere, vivendum tradere majoribus suis gestient, quis sido; restros campud hauserit, quæ rese; ctiones tuas arbores, quæ saxa somnus

praetexerint! quod conclave langveres quos viderit, hauserit lachrimas, quod deniq[ue] lectum magnus hospes impleverit

Hx. breviores figurae sunt, jam longiores per[o]ym inducimus. Alexandrum magnum cogitantem, cum ad caput suum Homeri Iliadem, cui semper indormiebat, proponere.

Audivimus Alexandrum ita regali voce exclamasse: Illustrissimum me miles intra incendia bellorum conspexit, videat et in te Cleantis lucernas ad Codices Homeri. Die de hoste, noctu de ignorantia triumphandu[m] est, nulla victorijs Alexandro hora vacat: Celeritas in vicendo placet! multiplici pede etiam noctu in eum currendum. Documentum fiam Posteris eadem manu, et hostem, et Apollinis Cytharam pulsari posse. Ergo ad caput reclino, Homerum Alexandro belli, Homerus mentis aciem instruat, manus, ferrum pectus lorica caput Homerus tuebitur. Non pudet coronatum verticem submittere Sapienti, cui scio me caput debere etc. Prosopopoeia

Secum ejusdem figurae exemplum sit, per quod induximus Serenissimum Augustum Dum suos Heroes ad praeliu[m] cum Sveco prope Rigam dimicare videntem

Bellorum et victoriarum socij hoste quem tanto superavimus voto, jam habemus in acie. Tanta illius sitis non nisi sangvine ejusdem restingvenda. Leo quidem Svetius est, sed nec hic Hercule Ducem formidando altius jubas erigi, quam animum facite ut quos in pacis otio Leones suspexit orbis imbelles cervos, aut lepores videat in praelio. Prosopopoeia

Magnam quoq gratiam conciliat dictioni figura Hypothyposis oratori per necessaria Exemplum illius subjicio, ubi descriptum certamen militis contra Turcam ad Viennam

Jam in conspectu erat utraq acies, cum priores Getæ Turcæ, Arabes inconditum et crucem sustulere clamorem, ignes totis castris collucere, omniaq velut sentienti incendio ardere visa. Redditur mox pa- trio, et á Polonis ferri major, quam vocis fragor: volant in hostem Castatæ Legiones quonam utrinq belli machinæ miscent acies, conferunt signis signa, armis arma, Clypeus Clypeo retunditur, vir cohæret viro, non tibi, non forti, non ignavo pone re arma licet. Hinc strenuus Lotharingus hinc fortis Seniavius, hinc acer Bavarus, inde impavidus Saxo tonat, hic tot Laureis insignis ruit Lubomirius, inde fortissimus Lagonovius, Sæpius dextra in hostem ala involat, cædit, fugat, Hic Regum Sapien- tissimus omnibus dat pugnæ leges, et victoriæ, ac præsentissimi ubiq instar numinis omnia absolvit. tanquam sin- guli. horis prope novem dubio ancipitiq marte dimicatum, quasi non unius Viennæ, sed totius Orientis alea verteret.

ELOGIUM ORATO- RIUM

Elogium sublime scribendi genus, est, quod ab Oratoribus summus et quasi essentia orationis panegiricae appellatur Sed quo nobilius est scribendi genus eo difficilius.

Duo potissimum in omni elogio spectanda sunt, stylus, et styli ornatus. Scribendi modus stylus debet esse brevis et laconicus non longo periodorum ambitu deductus Sed quasi concentatus. ornatus vero ejusdem styli debet omnes elegantias orationis in se concludere ita ut pene singula commoda ꝫ acumen habeant ꝫ sententiam ꝫ figuram ꝫ eruditam sermonis cultura. Proinde quod in aliis oratoribus sparsa sunt. decora, hic in unum coeunt unum adhuc hui observa, ut dum inscribis elogium jam brevibri linearum, et dutu versuum jam longiori et æquali illud in paginam ꝫ in tabulam transferas jam comma versum faciet, jam integra periodus aliquando, et sola particula correlativo vg tantum quantum etc: aliquando ad verbia nimirum quoniam etc eundem confficiet exempla harum elogij virtutem jam aspice primum sit.

VRBANO VIII
PONTIFICI MAXI
MO.

II

Octavium orbis miraculum
Attolle fama
Altius attolli potest
Qui supra fortunam sedet
Florentiæ patricius Roma pater
Urbem utramq in antium duxit dispendiis
Illa naturæ dotibus hic gloriæ donis decor.
Puer adultam prudentiam adultus senile dante
Dignitatem
Ante occupavit
Festinante fato ne orbis vota susponderet
Omne miraculum fuit
Quod meritum anteverit regnum
Ni miraculum esset corrupto in sæculo
Meneri quantum aspegneris et segui quantum
neretis.
Urbanæ felicitati
Addita appendix urbium
Magnum est urbes recepisse plus est non donasse
Nam cum regnoti caduceum illud sceptrum
Tradere. Principum suasio facile pontificum
exempla
Licitum facerent
Suasiones rejecit novum daturus exemplum
ut Christi sanguis plus potat quam sinus
Quiesse parumper fama

Magnæ laudes jam aures lansunt.

Hic scribendi genera vivimus quo est inscriptionum oratoriarum artificium de quo hic breviter aliqua innuenda.

Inscriptio Oratoria

Inscriptio est explicatio rei quam in scribis, cum aliqua venustate et ornatu dictionis, unde ad inscriptionem duo requiruntur primum ut rem explicet cujus est inscriptio, alterum ut id faciat non ruditer sed cum aliquo acumine et flore orationi proprio

Duplex potissimum cogitari potest inscriptio brevior una quæ rem breviter, acute tñ explicat cujus est inscriptio. altera longior quæ majori diuitu et ambitu rem suam circumscribit. Inscriptiones breviores sæpe ponunt supra statuas imagines, Palatia, et his similia exempla illarum hic subjicio in quibus duo observa superius dicta scilicet explicationem rei suæ et acumen

INSCRIPTIO BIBLIOTHECÆ.

Hic vivunt homines superstites sibi
loquuntur et vacant
hic audiuntur et silent
interrogantur et multi respondent

INSCRIPTIO HORTI

Imaginem vitæ cernis dum hortum aspicis
Flores et homines pari nascuntur et intereunt modo
Hoc unum interest
Expectatur flos planta
Sæpe homini florere non licet.

Inscriptio Eremitorij

Fui extra mundum habito civis mundi
Fui auspicor æternitatem intra tempus
Fui vivo Deo judice et me teste.
Satis hi publicus sum
Quem Deus videt

Inscriptiones longiores sunt, quæ finitus rem suam describunt. ad quas revocant Epitaphia, et Sepulchrales lachrimæ marmor habentes, Epitaphium non differt ab elogio, nisi sola materia, quæ semper est lugubris. In re autem Inscriptio Sepulchralis est explicatio vitæ, virtutum etc illius, cujus est inscriptio. Duplex verò potissimum Epitaphium cogitari potest. unum historicum hoc est quando natales, vita virtutes defuncti, historice cum aliquo tamen acumine narrantur, tale est illud Reginæ Amalazonthæ caput Capsidorum.

Casta vixit.
Lanam fecit
Domum servavit
Quam multis laus ista debetur

Alterum Epitaphij genus est enigma-
tium, quod rem describit hac proprietates
illius, sed obscuras, et non omnibus notas tale
Bononiæ legi Proculo in templo S. Proculi, are
campano interrepto ibig Sepulto.

Si prout à Proculo. Proculi campana fuisset
Sum prout à proculo, proculus ipse foret
Simile illi et illud.
Hoc est Sepulchrum, intus cadaver non habet
Hoc est cadaver
Sepulchrum extra non habens.
Sed
Cadaver idem est ac sepulchrum sibi

Subjicio hic aliquot Epitaphia ad exemplu
semper in hoc genere pro studiis habendum
Sequentes. Inscriptiones ad omnium genus
Epitaphij sunt revocandæ

Epitaphium

Illustrissimi Domini Veseli Palatini Ma-
sovia

Amici
Severi Iuristis
Quid is voluptuosum fuit risisse convivia
Mortuum plangite
Flebunt ille Veselicius
Masoviæ Palatinus
In rebus gravis, in verbis amœnus

Cui omnia risit absq offensa
Nihil risit absq Doctrina
Ardua ut faceret facilia ut faceret facet
Vr morum sidus, amicorum delicium
Ita omnibus risit ut à nemine rideret
Placuit
Deo sine vanitate
Principibus sine assentatione
Dominibus sine discordia
Ita
Viventium norma et morientium
exemplar
Omnibus in omnibus
Virtute in terris quod summum
Modestiq in honoribus quod pulchrum
Amœnitate in asperis quod arduum
Sinceritate in amicitia quod carum
Cælo terrisq ostendit
Quid sit
Prorsum vivere, et hominem mori
Simile Dum habes ex Thesauro
Oratorio depromptum ab Emanuele
Thesauro in fatis Caroli Sabaudiæ Ducis
lacrymis in gemmas orationis ad
Senatus pretium obrigescentibq
AEV
Magnus Carolus
Dum post mortem desiderabit
Qui desiderari ante cœpit quam nasci
In fœcunda jam mater votibus sus cepit.
Ut Principium prodigium prodigio nasce
retur

Nam Principes natura donat heroas deus
Maximo igitur genitori major successit infans
Et annis acerbus iam imperio maturus
Carolum nemo vidit nisi armatum
Eo metuendus omnibus, quod neminem
metuebat
Nunquam victus nisi proditione nunquam
victor nisi virtute
Neq ingenium uti solet oppressit galea
Neq eq ferri, et ingenij aucbonus.
Sequentibus Apollineam, fortibus Martia
praripuit Laurum
Incertum fecit
Magione callamo an gladio regna sustineant.
Prudentia iam peregrinari, ut callidior qui-
bus dam sit visus
Gravis Imperium tutius astu quam
hasta tervari
Et gemmis ambitus Mercurij virga inter.
Regia demum virtutes omnes
Quae in omnibus Regibus fuerunt Singulo
Uno in Carolo sunt singulares etc.
Haec gratijs ingentibus grate dixant
genio
Magno merendi suo effleuit
Emanuel Thesaurus
Hic jam tandem terminalem annui
labori ponimus, cui ita non plus ultra
inscribimus, ut illud infinita ad ma-
iori semper Dei gloria conferemus.

finis

ÆDIFICIORVM Superbia.

Minus sumptuosas hoc Seculo facimus ædes, si earum faciem fuco, et quasi cerussa non oblinimus. Illuc marmora inducimus et in delicias rigidissima etiam saxa facimus mollescere. jam ipsa cubicula in conspectu disponimus, ut ad nutum omnia simul prosto sint. unum vidisti, reliqua jam ex illo nosti, unoq velut aditu, quam remotissima in recessu aciei intuentium duxit. Nempe ut Dominus remotis velis sponte aggreat velut in Sacrario Numen, aut certe adeuntibus tanquam ea alio terrarum orbe sensim audere videat. Perinde quasi omne magnificum e propinquo sit. eduximus altissimas tectorum moles, nec tam in ædes quam in cælum iturі fabricamus, in illis alter ab altero, non pariete, sed integra contignatione dividitur

est tot vetus oppida intra domos
excitamus. Cum ñ non ideo beatiq
quia Latius vivere contingat et
ubi plurima Copia ibi multi cura.
rum Anguli aty perfugia solicitu.
dinis.

146

PRINCEPS
RESPUBLICA,
LIBERTAS, LEGES,
SENATOR, IUDEX, MI-
LES, IN.
SELECTISSIMIS.
AUTHORIBUS.
ADUMBRATUS
ET
VTILITATI NOBILIS-
SIMÆ IVVENTUTIS.
COLLECTUS.
ANNO
DOMINI.
M. 7. 0. A.

148

Admonitio

Ito seculo vivimus, cujus tam grossa: na, quam saera dictiones, nisi Sententiarum atq Sensuum pondere impleantur (ut ait Quintilianus) plumeum et Plumbeum pondus habebunt, illas provide limati ingenij viris et Selectissimis quibusq. Scribitis faciendare consilium est, quod ut facilius fiat subjicio hic illas materias, quæ ubivis occurrunt Sententiarum ac Sensuum gravitate ponderosas, quas non satis erit in paginam transferre, nisi ex frequenti illarum lectioni usus sua faciat.

Rex, Princeps, Dominus, Potentia Suadet. Tacitum.

Ubi Principes subditis fores claudunt ibi subditi pectus Principi ne aperiunt.

Principi summum rerum judicium subditis obsequij gloria relicta est.

Omnia sibi non omnia persequi gravis peccatis veniam magnis severitatem commodare, nec semper pœnâ, sed pœnitentiâ sæpe contentus novit esse Princeps.

Invisum semel Principem seu bene seu male facta premunt.

Ad egregium in Principe si quanta illi nobilitas, et fortuna tanta rerum prosperarum sit moderatio.

II

Utilissimus ac brevissimus Principi bonorum malorumq; delectus est cogitare qd ipse vellet, sub altero Principe, aut nol-let fallitur Princeps qui presentis tem-poris potentiâ fretus, credit cuncta vi posse etiam sequentis evi memoriam

Metus apud hostes, apud populares amor quærendus est Principi.

Non dominationem et servos, sed Lectores et cives cogitet Princeps.

Vetus ac pridem visita mortalibus pote-stas cupido, cunctis affectibus ingratior.

Minore discrimine sumit Princeps quam queritq.

Novum imperium inchoantibus utilis est clementiæ fama.

Cuncta mortalium incerta, quanto q plus adepti sis tanto magis te in lubrico cogita. Perdere multi Principes sciunt, donare nesciunt, gloriq libentius cum fortuna Principis loquuntq quam cum ipso.

Nullum melius boni imperij instrumentum quam boni amici

Boni Principes voto expetendi prave-res qualescunq fuerint tolerandi.

Plerumq optimum quemq Princi-pem electis invenit

fallitur Princeps potentiam ham rerum humanarum instabili et fluxa locavit fundamento.

Reges qui Sevitiâ et Tyrannide usi sunt non aliud, sibi quam exitium, et pedem illis gloriam gessererunt.

Si Tyrannorum pectora reludantur, ac laniatus et ictus respuii possent, ut corpora verberibus, ita eorum animi irâ, levitiâ, timore, malis consiliis dilacerantur.

In summa fortuna aliud aequius judicat, validius.

Juxta Livium

Sape Principes, cum ipsi sciant alios sibi insidiantes, Principes veluti soles cum maxime spectatores habent cum deficiunt.

In partem necessitatis jam venit ut mores Regis tanqm in unicum exempla se formare.

Aliqui injuriam sibi â Principe illatâ putant, finem accipiendi.

Deo similimus Princeps est, qui hostes armis, cives benignitate vincit.

Fortunam benignè atq; comiter invi. Rat Princeps, qui sibi beneficijs, quos potest adjungit.

Difficilior Principum ars est, qua cives regnant, quam qua hostes subigerent.

Laesa saepius suorum patientia nocentiq furit in Principem, quam hostium ira.

Nulla larva totum Principem tegit.

Non raro fit, ut Princeps, ubi omnia in unum congessit sua in eo beneficia reformidet.
Principi plus plerumq timendum ab uno, quem læserit q̄m sperandum à multis quorum commodo servierit.
Parum tuta majestas sine virib9 est.
Nihil tam populare est, quàm regnum.

Juxta Salustium

Plerisq. Principibus idem est imperio uti, atq injuriam facere.
Ille Princeps Deo simillimus qui in maxima fortuna minimum licentiæ habere vult.
Quæ alijs iracundia in Principibus superbia atq crudelitas est.
Impune quod libet facere, id putatur Regem esse.
Imperantibus tam mali quam boni suspecti sunt
Semperq illis aliena virtus formidolosa.
Imperantes semper in excelso sunt, cuncti eorum facta noverunt.
Non exercitus neq Thesaurum præsidia Regni sunt, verùm amici quos nec armis cogere, neq auro parare potest, qui officio et fide parantur.
Miserrima Principis conditio est, si prius oneri esse, quam usui cogatur.

Regum ingenia ad formidinem et
suspitionem prona sunt.
Illis difficile est in potestate temperare
qui semper ambitionem sese bonos simu-
lavere. Plerumq Regum voluntates, ut
vehementes, ita mobiles sunt atq Lege sibi
adversa. Princeps nunqm sibi satis tutus est
Imperium nisi artibus facile continet, quibus
comparatum.
Juvenia Imperia crudia acerba magis
quam diuturna sunt, in eo vita Principis
Bellum aeternum, et anceps gerit quoniam
neq. à tergo neq à lateribus tutus est, sed
semper in meta.
Principis est beneficio, exemplo omnibus
prodesse.

Juxta Curtium

Cetera spes Regum, dominantium ani-
mos, ad ultimum nefas impellit
Regum ores saepius assentator, quam
hostis evertit.
Potentia scelere quaesita non est diutur-
na. Principes tutiores sunt in acie quam
in theatro
Qui regnorum Domini sunt, etiam eventus
ipse debent.
Crescente potentia Principum, suc-
crescunt sensim et eorundem scelera.
In Principe etiam humilibus licentiam
fecit fortuna.

Juxta Plinium Panegyristam

Nullum est magis stabilius, aut firmius
Deorum munus quam castus et sanctus
et Deo similimus Princeps.
Imperaturus omnibus eligi debet ea omnib.
Est natura Principum, quae siderum
ut parva et exilia validiorum ex ortu
obscurent
Principes decet in pace justitia in armis
fortitudo, utrobiq prudentia.
Nullum est magno Principe Imperij gen
dignius, quam qd erogatur in posteros
Insanabilis est morbus Principis ira
Falsa nunqm mala causa est nisi sub
bono Principe. Plura semper Principes
etiam qui minis bris non egerent à nobis
contra nos ediderunt.
Lex majestatis unicum crimen eorum
qui crimine carent
Ita comparatum est, ut de nullo minq
Principe queramur, quàm de quo maxime
quari licet
Malos Principes detestantq etiam qui ma
los fecunt.
Onerosum est bono succedere Principi
Equum est eos esse bono Principi carissimos, qui minus fecerint malo
Non alq magis amant suos Principes,
quam qui maxime dominos gravant
Flexibiles qm unq in partem ducimur
à Principe.

Vita Principis censura est eaq perpetua
ad hanc dirigimur ad hanc convertim, nec
tam Imperio nobis est, qm Principis exemplo
Inexpugnabile est Principum muniment
munimento non egere.
Fidelissima est Principis custodia in suis
innocentia
Frustra se Princeps terrore munierit,
qui Civitatis suorum charitate non fuerit
Illi boni Principes satis non amaverint, qui
malos satis non oderint.
Pratiosa accipientibus beneficia arbitrant
Principes, si prodis illos desperatio, et similis
regulae mora in notam quandam pudoris quaesisset
Sepe Principes beneficijs suis commendationem
ex difficultate captant.
Praecipuum est Principis opus amicos
parare
Qui Princeps non amplius vult sibi licere
fit ut illi plus licere velint subditi
Nullum est tam infidum malum quam
blanditiae Principum
A malo Principe semper illi tanquam suc..
cessor timet, quis quis est dignior
In secreta nostra non inquirunt Prin:
cipes nisi quod odimus
Non potest non minimum esse, priva..
tis quod Principi satis est.
Modestia Principis cum pietate
civium felix speciosum certamen
est, seu fuerit victa seu vicerit.

Principum non modo domus sed cubicula ipsa intimos recessus recludunt omni arcana noscenda proponunt

Malos Principes rectius publicius ex odisse ex communibus quàm ex privatissimis.

Non minus scisse meminisse hinem debet Princeps quàm hinibus præesse.

Non ita subjectis potestâ Principe imperari amor ut alia

Res maxime dissociabiles sunt Principatus et amor

Nulli Principes magnitudine caruerunt quàm qui sibi maxime metuendi vendicabant.

Non est Princeps supra leges, sed leges supra Principem

Melius beneficijs quam remedijs studiorum virgenia experiuntur Principes.

Princeps cum ardentissimè suos diligit, adhuc ardentius à suis diligit

Bonus Princeps omnes circa sensui similes efficit

Fortuna a Principum pluribus indiget amicitijs.

Amari â suis Princeps, si ipse suos amet non potest.

Nullus locus, nullum est tempus quo funestorum Principum manes â postero: rum, ex orationibus conquiescant.

Maxime laudat incolumis Princeps si priores saevus metiri reprehendant.

Cum de malo Principe Posteri tacent, manifestam est eadem facere praes:

Fama Principum bona et mala aeterna est.

Non perpetua Principi fama quàm invitam etiam manet sed concupiscenda quae non imaginibus, et statuis, sed virtu: tibus et meritis propagatur.

Nunquam deceptus est Princeps, nisi qui prius ipse decepit.

Juxta Famianum Stradam

Aula potentiae plus in fronte habet quam in recessu.

In aula nulla magis virtus evehit quam quae maxime timet.

Potentia in aula raro senescit.

Aulicorum animos, longa apud Principem felicitas, quantum securos gratiae tantum intolerabiles injuriae facit.

Calamitatum fasti nominibus Prin: cipum maxime notant.

Extremum est ignorare clementem
Principem, quem iratum armatum
Tu concieris.

Gratum est Principibus eos domi suæ
esse, in quos odia sibi debita exonerent

Principes nunqm soli peccant.

Male Princeps admonet multos spectantes illius supplicia, ujus causam commiseratio meliorem facere potest.

Suspicaci sub Principe, gliscit suspicatorum numerus.

Suspitiones Principum Raro dilexit innocentia

Nunquam tutus erit Princeps inter illos qui se ab illo tutos non æstimant.

Male Principibus comparatur terrore veneratio.

Tutum non est Principi odÿs ingenia innutrita novo conciliata beneficio velut viperam laetis haustu delinitam insinum admittere.

Principes multa melius repellunt vincuktÿ contemptu.

Nunquam Principibus deest occasio improbitatis

Facilis est inter Principes de æqualibus suspitio, quos regnare posse advertunt cupere præsumunt.

Scire et nescire Principum est vita

Nunqm majori ruina fortuna regum

obnoxia est, quam qua per fraudes ad alterna
intemperanter urget

Non possunt Principem amare, qui ami-
cos Principis oderunt.

Principi æterni belli species militem
alenti contra Subditos, in promptu et absq.
suspicione est.

In aula blandiri, et assentari laudum pretium

Juxta Senecam Trajedam

Cara est inter dominos justa licentia,
odere Reges dicta, quæ dici jubent.

Hoc Reges habent magnificum, et in-
gens, nulla quod rapiat dies prodesse miseris.
Si Regnas, jube, Si, judicas cogitasse.

Regnare non vult esse, qui invisus timet
Qui sceptra duro lævus imperio regit
timet timentes,

Multa dominantem vetat suorum amor.
Qui vult regnare, languida regnet manu

Quod Jovi hoc Regi licet

Sanguine humano abstines, quicunq regnas
Victima haud ulla amplior potest
magis, opimaq mactari Jovi, quam cum eximius
In quicunq es, qui sceptra tenes, unus
tot populis stipatus eas, in tot populis via
una fides
Lex velit honesta nemo non eadem volet,
Lex est, qui metuit nihil est quig cupit
sit nihil.

Cum excelsus stetit, nunquam pavere destitit
Dubia pro certis solent timere Reges.
Odia qui nimium timet regnare nescit
Grave pondus magna nobilitas
Quo te celsum altius Superi levarunt, mitius lapsos preme
Praecipites Regum casus fortuna rotat
metui cupiunt, metuiq timent non non
illius alma recessus probet, tutos non curarum somnus. domitor pectora solvit.
